sunt veri adoratores omnes Unde Et
Nam pater tales querit qui adorent

eum scilicet sicut deus est in spiritu et veritate Spiritus
est deus non corpus ut nos creditis Vos vero
cum sicut fecistis deum quasi quandam ymaginem
ponentes ei et eos qui adorant eum in spiritu
et veritate oportet adorare ut sic ei confor-
mentur ut sint in spiritu non in carne Ro.
viii. Qui in carne sunt deo placere non possunt
sicut in veritate non in ficcione Sap. i^o Spiritus
sanctus discipline effugiet fictum Dicit
ei mulier Sic iam tercio explicans manifestavit
dubium appetit fidei sacramentum aliter enim
admodum instructa ad christum et adipiscendi gracie
elevatur considerationibus oculum Unde ait Et
Dicit ei mulier Scio quia messias venit
qui dicitur christus cum ergo venerit ille nobis annunci-
abit omnia Sciebat enim mulier quod sa-
maritani legem admittebant Et habent
hec maxime quia in lege promittebatur non tamen
iudeis sed et gentibus Unde plus non au-
feretur sceptrum de iuda et dux de femore
eius donec veniat qui mittendus est et ipse
erit expectacio gencium Unde quoniam iam inter-
penitere est ipsa ad christum et tecum iam parata
credere quid restat nisi ut dominus appareat
ei seipsum ut sic sequitur Dicit ei Jhesus Ego
sum qui loquor tecum Et hic dominus videt
certo scilicet ipse cum certe quereret quis esset
dei filius in quem deberet credere dominus videt
Vidisti eum et qui loquitur tecum ipse est et
tunc collacio predicacio et collacio quia discipuli
venientes ideo subdit Et continuo venerunt
discipuli eius et mirabantur quia cum muliere
loquebatur admirabantur eius clemenciam per
dignacionem Augustinus Bonum admirantur
non malum suspicantur et hec admiracio
non duxit quoniam sed reverenciam et timore
Unde dicitur Nemo tamen dixit quid queris aut
quid loqueris cum ea quod quis quasi dicit quid est
huius locucionis necessitas aut quid
loqueris cum ea id est que est huius locucionis
utilitas ubi nichil quod caret racione neque
utilitatis aut pietatis otiosum est Unde dicitur
Greg. in pastorali Erunt debes quod dicitur
venit hora quando nec et cetera Unde est viii Et
in quantum templa ad adorandum dominum Et
si eos qui adorant in spiritu oportet adorare
ergo pertinent qui ad adorandum fiunt ymagi-
nes loca Et tamen quod ea que sunt oracionis
quedam sunt essencialia ut vera intencio et mistica
peticio quedam accidentalia ut tempus et locus
Dicitur igitur quod dominus non dixit locum debitum

nb

adoracione neque esse restringendum ut super-
fluum sed cognoscendum non esse de racionis
essencia quod veri adoratores ubique deum
adorant, et licet non sit necessarius non tamen
est superfluus, valet enim ad invencionem sancta
ad devocionem excitandam, ad humilitatem
suadendam, ad societatem angelorum obtinendam
quia presencialiter intersunt principes [illegible] psallen-
tibus. Item obicitur de ymaginibus dominum quod modo
non obsunt quia non creditur aliquid esse in eis
divinum nec deum corporaliter esse ibi sed solum
significacione. Item queritur de hoc quod dominus de se
et iudeis dicit nos adoramus quod scimus
contra Jo. viii. neque me scitis neque pa-
trem. Dicendum dominus loquitur de iudeis fidelibus [illegible]
fidelibus in figura qui erant iudei solo
nomine sed alibi loquitur de iudeis veris qui re
et nomine iudei appellantur. Item queritur
cum verbum abominatum fecit dominus super verba
dominus est hic quod samaritana protulit verba per-
traxit. Sed dicendum Crisostomus quod si statim dixis-
set [illegible] videretur delicate
et io paulatim tamquam bonus doctor eam
docuit. Item nota hic ubi exortamur ut non
dedignemur paucis auditoribus legere
vel predicare verbum ipse domini mulieri [illegible]
locutus simonem fecit. Item queritur cum
discipuli dubitarent et Petrus audax sole-
bat a domino querere quare non consciverunt a
domino quid loqueretur. Dicendum quod si congnovissent sed
videtur iam ipsum [illegible] io tenebat
argumentum de stulta cognicione et de indisciplina
et io non fuerunt ausi querere. Reliquit
ergo ydriam suam. Civitati per [illegible] in qua
dominus predicavit et se ostendit mulier sa-
maritana singulariter et privatim sed in capitulo
sequenti in qua dominus quinto samaritanis
predicavit et eis se ipsum manifestavit et quia hec
manifestacio primum facta est pro modo mulieri
post Simonem [illegible] et hic discipulis audien-
tibus quia adhuc idem debebat esse so-
licitus io predicit in hac manifestacione. Sunt autem
ordine primo ii notatur diligencia mulieris
ad nomen Christi annunciandum secundo desiderium
[illegible] suscipiendum. Interea rogabant
eum [illegible] discipulorum [illegible] predicandum
ibi nonne vos dicitis. Circa primum de
novo ad [illegible] ibi exprimitur autem iam
primo in destitutis diligencia mulieris quam
habuit ad manifestandum nomen Christi et ad
convertendam [illegible] quia statim

mulier amicitia ac [illegible] civitate quam preparat
[illegible] quod dicit. Reliquit ergo ydriam suam
mulier. Audito verbo fidei reliquit
ydriam ut magis curreret et annunciaret
ne forte dominus recederet vel quia pre fervore
oblita eius pro quo venerat propter [illegible] pro-
mptius volebat. Sed Crisostomus docet
nos hec mulier in spiritualium audicione
omnia temporalia contempnere et abire in civitatem
ad magnificandum nomen Christi [illegible]
et dicit hominibus illis venite et videte
hominem qui dixit michi omnia quecumque feci
Sed predicator debet in civitate addere quam
sentiunt [illegible] et corda plurimorum ad eos
attrahebat quod ei secreta revelaverat
sed non dixit venite et videte prophetam
sed iam fama sua divulgavit ut omnes excitaret
et attraheret. Nunquid ipse est Christus non
asserit ne decepta videatur non asserit
sed dubitando proponit ut ipsi per dubitacionem
ut plures venirent ad ipsum certificari. Sed
nolebat expresse ambicione eos indu-
cere sed ex audicione eius [illegible] quod excitati ve-
nirent. Sed secundo exierunt de civitate
et veniebant ad eum. Iste exibat quia
dominus ante portam erat tamquam ignotus et
extra portam passus est. Exeamus ergo et nos
ad eum extra castra in precium eius portantes
sicut [illegible] quod qui voluit docere ab
ipso debet relinquere civitatem tumultu[s]
[illegible] relinquere civitates et ha-
bitare in petra habitatores moab
[illegible] Interea destitui [illegible]
Interea rogabant eum [illegible]
Christi desiderium annotatur suscitandi
quia corporalem salutem desiderat ut cibum, ymo
amplius quam cibum corporalem in tempore
dignatur cum erat famelicus. Circa
dicitur. Interea id est dum mulier [illegible] et sa-
maritani veniebant rogabant eum
discipuli eius qui de nigro [illegible] dicentes
Rabbi manduca quia cibos attu-
lerant et hora comedendi iam incipiebat
Crisostomus videntes eum fatigatum ex
itinere et calore [illegible] rogabant
ut manducaret sed dominus magis cibum
spiritualem desiderans quam corporalem
manducare recusavit. Propter quod dicit
Ille autem dixit eis ego cibum habeo
manducare quem vos nescitis. Illu

p̄fectio nesciebant discipuli quia spiritualis
erat sed ipsi erant carnales, in eorum
ancillis sermonem, ideo patet quia nesciebant
quia carnaliter intelligebant, unde ait. Dicebant
dicebant ergo discipuli ad invicem. Numquid
aliquis attulit ei manducare. Augustinus
quid mirum si mulier illa non intelligebat
aquam/ecce discipuli non intelligunt
escam, et cognita cogitatione discipulos
non intelligentes, ideo sequitur explanacio
Dicit eis Ihesus. Meus cibus est quem vos
nescitis ut faciam voluntatem eius qui
misit me. Voluntas dei est nostra salus
Jo. vi. Hec est voluntas patris mei qui
misit me, ut omnis qui videt filium et credit in eum
habeat vitam. Hanc volebat dominus consumare
populus nunc redemptionis unde dicit Et
perficiam opus eius. Opus dei dicitur per
excellentiam opus misericordie, redempcionis
aliarum omnium operacionum omnium
Opus igitur dei est nostra ad dominum perfida
conversio Jo. vi. Opus dei est ut credatis
in eum quem ille misit. Nonne vos
dicitis quod adhuc tres menses sunt, et messis venit
ad predicandum pro salute Samaritanorum
adhuc dicit eos ex consideratione incredibilis
predicatorum, ad considerandum autem spiritualiter
credentium instigat sub parabola dicens
Nonne vos dicitis quod adhuc iiii^or menses
sunt et messis venit. Ad literam propinqua
erat et hoc quidem dicunt homines cum
vident tempus metendi appropinquare quia
proximum annum exspectant. Ecce dico vobis
levate oculos vestros, id est considerate et
videte regiones, id est multitudinem gentium
quia albe sunt iam ad messem, id est propinqua
ad fidem quia parati ad credendum. Unde est
qui audiebat verbum. Messis quidem multa
etc. Rogate ergo dominum messis ut mittat
operarios in messem suam. Hic igitur animat
eos consideratione fructus metentium predicatores
unde dicit Et qui metit mercedem accipit
non temporalem solum sed eternam unde dicit Et congregat
fructum in vitam eternam. Ubi neque erugo
neque tinea demolitur et ubi fures
non effodiunt nec furantur. Scilicet dicit Christus
gaudete et exultate quoniam merces vestra
multa est etc. Ut qui metit simul
et metentibus et seminantibus
unde dicit Et qui seminat simul gaudeat
et qui metit quia qui metit non tamen fructum
congregat seminanti sed etiam sibi. Sicut enim
tres ibant etc. et venient quando tamen

metentes qui seminantes deant gaude
In hoc enim est verbum verum quia alius est qui seminat et alius qui
unde dicit. Justus enim est verbum unius
dici quia alius est qui seminat et alius qui
metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis, et post
messuerunt apostoli. Et hoc quidem diu verum
fuit et in principio eius erat auctoritatis unde
dicit Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alii laboraverunt et vos in labores
eorum introistis quia si fructus eorum predicacionis
collegistis, id est per prophetas revelatum et quia non scripturis suis prophetabat
nobis autem monstrabat ea que nunc sunt nunciata nobis. Ex civitate autem illa
tangitur gestum Samaritanorum devocio
ad credendum que in exordio est in sermone
mulieris, unde dicit. Ex civitate autem illa
multi crediderunt in eum Samaritanorum et vos sub
propter verbum mulieris testimonium perhibentis de eius
divinitate quia dixit omnia quecumque feci
Ad testimonium mulieris crediderunt Samaritani
sed iudei recusaverunt credere. Iohannes unde dominus
dixit iudeis. Amen dico vobis
quia publicani et meretrices precedunt vos in regnum dei.
Et hic Samaritani non credere sunt credebant cum devocione unde subdit Cum ergo
venissent ad eum Samaritani rogaverunt eum ut
ibi maneret. Luc. x. Ave nobiscum
quoniam advesperascit et inclinata est iam dies. Et tamen
iudei expulerunt eum, corpus eius
multa videntes signa non solum non crediderunt sed a regione eum abiecerunt
unde Mathei viii. Et ecce tota civitas Genazarenorum exiit obviam Ihesu et viso eo rogabant
eum ut transiret a finibus eorum. Dominus
autem Samaritanorum precibus condescendit
unde dicit Et mansit ibi duos dies ad
fidem eorum confirmandam et multiplicandam
quod et fecit unde dicit Et multo plures
crediderunt propter sermonem eius. Iohannes
quia et Jo. vi. dicit ei Petrus. Domine verba
vite eterne habes. Nec tantum multiplicavit
in eis fidem sed et confirmavit unde sequitur
Et mulieri dicebant quia iam non propter tuam
loquelam credimus quasi mediantes
vocem humanam. Ipsi enim audivimus et scimus
quia hic est salvator vere mundi i. audivimus
scimus quia sicut dicitur Ro. x. Fides ex
auditu, auditus autem per verbum Christi
salvator mundi non tamen iudeorum
unde supra iii^o. Sic deus dilexit mundum ut filium suum daret
Jo. I Jo. v. Ipse est propiciacio peccatis
nostris non tamen nostris sed pro totius mundi

Iste signatus est propheta de quo dicitur
Gen. xli. Vertit quoque nomen eius et vocavit
eum lingua egipciaca salvatorem mundi
Hic queritur cum in ipso dicitur Testimonia
tua credibilia facta sunt nimis et testimonium mulieris
sic vanum et fragile sicut est sexus infirmus
Videtur quod dominus non debuit prius se ipsum
samaritanis manifestare Respondeo Crisostomus non
accipit spirituale testimonium propter sua indi
gencia sed solum propter audiencium indignita
tem ... testimonium mulieris nimie erat
suspicium samaritanus ideo voluit dominus
prius eis innotescere Alia vero sunt
de iudeorum duricia quod deprehendat in iudicio
quia ipsi non crediderunt Iohanni baptiste
sed samaritani vili mulieri sicut ipse
dominus dicit eis Mt. xii. quod viri ninivite et
regina austri surgent in iudicio ~~quia~~
~~ipsi non crediderunt~~ contra iudeos Iste
queritur de testimonio mulieris quod dixit venite et
videte qui dixit michi omnia quecumque
feci Contra non dixit ei nisi de viris
quos habuerat ergo mulier plura non fecit
quam ... clam ... et ... dicebat
... quod mulier quando sic dixit non tam respexit
ad sermonem dicentis sed ad ... dicentis
dicebat et sicut ei unum secretum dixerat
eadem virtute poterat dicere ei omnia quecumque
fecit ideo mulier voluit ... exprime
dixit in universali Item obicitur cum lex
evangelica ~~non sit~~ non sit umbre vel figure
sed ... apertum est hoc quod dominus
discipulis suis loquitur in parabolis videtur
quod non sic debet loqui sed aperte Respondeo
quod loqui in figuris est dupliciter aut ita
quod in tenebris ibi claudatur et non exemplificetur
audientibus et hoc dicit umbram et obs
curitatem et hoc pertinet ad legem veterem
non ad novam Alio modo est loqui in figuris
ita quod sciendo explicetur et manifestetur
et tunc non est loqui in umbra sed potius in
luce et sic modo loquitur dominus ut res ob
scure posita in figura per exposicionem
clare intelligantur et ... similiter
et viles ardencius amentur et firmius teneantur
Vilitas ... aliquo nisi latens gracior
efficitur dicit Augustinus Item obicitur de hoc
quod dominus ... salutem suam vocat cibum
... fidem nostram super vocavit suum
potum ... non videtur cibus cum convertat
eum qui cibatur sed cristus convertat ~~eum~~
nos non nos cristum ergo non sumus cibus
cristi Respondeo Crisostomus ... in cibo ...

simile est quod nostrum desiderat Sed quod proprium
est cibi quod cibatum reficit Tercia quod cibus in corpus
trahitur Ratione primi competit cristo cibus
noster quia eum desideramus et nos sumus
cibus eius quia ipse nostram salutem desiderat
Ratione secundi cristus est cibus noster non econverso
quia nos nutrit et reficit Ratione tercie
nos sumus cibus cristi quia ipse trahit
nos in corpus suum Augustinus dicit Ego sum cibus
manducantium ... Item queritur de hoc
quod dicit dominus Alius est qui seminat
alius qui metit verum dicit quod apostoli messores
non seminatores sed contra Verbum dei est
semen ergo qui predicat seminat sed apostoli fuerunt
predicatores ergo seminatores Item i. Cor.
ix. Si nos vobis spiritualia seminavimus Item videtur quod apostoli
non sunt messores sed angeli Mt. xiii.
... messis consummacio seculi est messores
autem angeli sunt non ergo apostoli Respondeo
quod hec tria sunt ordine tempus legis
mosayce gracie et glorie Tempus gracie
est fructus sicut ... temporis legis mosaice
tempus glorie est sicut fructus ... temporis gracie
Secundum hoc quia messis dicit collectionem
fructus duplex est messis prima in tempore gracie
et huius sunt messores apostoli sed seminatores
prophete qui de ... predixerunt et ipsum
expectare fecerunt Alia est in tempore glorie
et huius sunt messores ~~apostoli~~ angeli
et seminatores apostoli quo ad aliquos
sed omnes quo ad ... et predicatores
... sunt quod dominus loquitur de
messe gracie Item queritur cum dominus ...
... samaritanos similes ad credendum
quid est quod tamen per duos dies apud eos
voluit morari Respondeo quod hoc fecit
propter ... scandalum iudeorum ne in
dignarentur quod eis relictis transiret ad
alienigenas

Post duos autem dies

Postquam manifestatus est dominus iudeis
discipulis et samaritanis in hac quarta
parte manifestat se galileis suis compa
triotis tamquam duriores ad credendum
et procedit in hac manifestacione que facta
est per miraculum sic ordine primo in summa
in galileis defectus ... ad hono
... tangitur mens defectus
fidei ad credendum ibi Et erat quidam

debere

regulus scilicet in petitione miraculi ibi
dicit ad eum regulus quarto edificatio
fidei ibi Jam autem eo descendente Primo in
synagogis in galileis descensus veneruntque ad
honorandum xpistum quia enim erant eo
priores in eo ad eorum inveniendum quomodo
videant venit ad eos xpistus ut in miraculis
se ostendat unde dicit post duos autem dies
quibus scilicet fuit in samaria exiit inde et
abiit in galileam scilicet patriam suam ut eos
tamquam devotiores commiteret unde subditur
Ipse enim scilicet ihesus testimonium perhibuit tamquam
unum assignat quia propheta in sua patria
honorem non habet luc iiij Nemo propheta
acceptus est in patria sua sic dicit glosa quod quia in primo
adventu in galilea honorem non invenerat
in adventu secundo recipitur Sicut vel sic salte
in eum credant per signa ita enim quodammodo
humiliati erant per signa que viderunt
videant propterea dicit Cum ergo venisset
in galileam exceperunt eum galilei quasi
parati honorare eum ceperunt philipenses
excipite itaque epafroditum cum omni
gaudio in domino et eiusmodi cum honore
habetote Et ratio subditur cum omnia
vidissent que fecit ierosolimis in
die festo scilicet vidissent miracula et ipsi enim ve
nerant ad diem festum omnia enim que
videant fuerunt signa et miracula scilicet ii
cum esset ierosolimis in die festo multi
crediderunt etc Venit ergo iterum in chana
galilee scilicet ut vel sic credant ubi fe
cit aquam vinum quod fuit signorum suorum
primum per quod in potuit discipulis unde
Glosa hoc miraculum pauca crediderunt
in discipulis scilicet ii Hoc fecit signorum initium
ihesus in chana galilee etc Et erat quidam
Regulus hic tangitur tertium scilicet descensus fid
eorum ad credendum sicut enim quodam
honorabat quodam non Ita etiam
quodam credebant in eum quodammodo
non et hoc patet intelligitur quod regulus non credebat
eum posse sanare filium nisi presens esset
propter quod dicit Erat quidam regulus et
regum principatum cuius filius infirmabatur
capharnaum et ita in domo absentia hic
cum audisset quod ihesus adveniret a iudea
in galileam quia fama adductus ad
illuc pervenerat iiij° Et processit
rumor eius statim in omnem regionem
galilee abiit ad eum per devotionem
Et venit accessit ad eum in terminio etc
Et rogabat eum ut descenderet scilicet

per presentiam corporalem scilicet iio descendit
capharnaum ipse et mater eius ut sanaret
filium eius potentia mirabilem luc vi
Virtus de illo exibat et sanabat omnes
Incipiebat enim mori per impotentiam
naturalem Sic et deum est Eze xviii
iiij Morte morietur et non vivet scilicet fin
tensas in fiores Et quia iste regulus
et si petebat non firmiter credebat ideo
dominus enim arguit de incredulitate propter
quod dicitur Dixit ergo ihesus ad eum nisi signa et
prodigia videritis non creditis et ita ad cre
dendum dum est Signa sunt minora
sed prodigia maiora miracula De hac
incredulitate dicitur Jo xii Cum tanta signa
fecisset coram eis non credebant in eum
sed samaritani verbo illius in eum crediderunt
ut probatum est Dicit ad eum regulus hic
tangitur tertium scilicet in petitione miraculi que
et si non fieret propter fidem in eis procuranda
fieret tamen propter patris instantiam unde et re
gulus iterum petit et dicit ad eum hic est ad
illum regulus Domine descende priusquam
moriatur filius meus et quod instat pe
tit ideo obtinuit luc xi Cum petit ac etc
Et luc xi Et si non dabit illi surgens
eo quod amicus eius est etc ideo subditur Dixit
ei ihesus Vade filius tuus vivit scilicet sanus
factus est ideo dicit vivit quod sub infirmitate
mortali continebatur et hic quidem regulus
meruit quod quamvis non dum credidit in xpistum
credidit tamen illo verbo xpisti unde dicit Cre
didit homo sermoni quem dixit ei ihesus glo
Sic meruit salutem filio unde dominus ait
ad virum petentem pro salute filii dixit
ei potes credere omnia possibilia sunt
credenti et omnia impetrare potes scilicet iii
quarto eo descendente Hic tangitur quartum
scilicet edificatio fidei in regulo que facta est
ex cognitione virtutis et miraculi quod
cognovit per relationem suorum propter quod dicitur
Jam autem eo descendente occurrerunt ei
servi eius scilicet non mutuum portantes
non sustinuerunt quousque domum ve
niret occurrerunt pre gaudio festinantes
sicut servi domino ait xxv ecce sponsus
venit exite obviam Et nuntiaverunt
ei dicentes quia filius eius viveret scilicet cu
ratus esset Interrogabat autem horam
ab eis in qua melius habuerat ut per
horam recognosceret in filio xpisti potentiam

Et dixerunt ei hora vii reliquit
eum febris. Cognovit ergo pater quia illa hora erat
in qua dixit ei Ihesus vade filius tuus vivit
et ita per ipsius verbo virtuose sanatus fuit
iuxta illud Sap. xvi. neque herba
neque malagma sanavit eos sed tuus domine
sermo qui sanat omnia. Et exhortat conse-
quenter edificacio fidei cum dicit Et credidit
ipse et domus eius tota cum fide perfecta
credidit hunc pro signo. Qui prius
non crediderat. Cum subiungit evangelista
item secundum signum fecit Ihesus secundum scilicet respectu illius
quod fecit in nupciis cum venisset a iudea
in galileam ut quos prius non crediderant
postmodum crederent. Exo. iiii. Dixit dominus
Moysi si non crediderint inquit tibi
neque audierint sermonem signi prioris
credent verbo signi sequentis. Moraliter
hic considerandum est quis regulus quis
reguli filius quomodo infirmitate detinetur
qua hora sanatur. Rex dicitur superior
pars racionis cui totum regimen anime
est commissum. Ad iudicandum Ecc. in ....
Et nunc reges intelligite. Iste dicitur
regulus amissa puritate cum animam
male et pervertitur regit. Ecc. x. Ve terre
cuius rex puer est et cuius principes mane
comedunt. Regis huius filius dicitur inferior
pars racionis que eiusdem necesse est et
ab ipsa docenda et regenda. Eccl. xxx.
Qui docet filium suum laudabitur in illo.
Huius regis filius infirmatur febre cu-
iacio sequitur concupiscenciam que est tamquam
febris calida et putrida. Ecc. xxiii.
Anima calida quasi ignis ardens
non extinguetur donec aliquid glutiat.
Concupiscencia tamquam febris hominem in-
quietat modo per calorem modo per frigus
ut habetur Ysa. lvii. Impii quasi mare fervens
quod quiescere non potest et redundant fluctus
eius. Iste liberatur hora vii diei. Dies
hic potest dici Christus quia ipse est sol
lucens super terram. Jo. viii. Ego sum
lux mundi. Hore huius diei sunt diversi
status Christi ex quorum consideracione anima
a diversis egritudinibus liberatur. Prima
hora est incarnacio et hec liberat a
superbia illuminando ad humilitatem
quia humiliavit se in incarnacione
Phil. ii. Semetipsum exinanivit
formam servi accipiens. Secunda est nativitas et
hec liberat ab avaricia illuminando ad
paupertatem quia Christus pauper natus est.
Sicut dicitur Luc. ii. Peperit filium suum primogenitum
et pannis eum involvit. Tercia est circumcisio et hec
liberat ab inobediencia illuminando ad obedienciam
quia Christus non erat legi subiectus tamen se legi
subiecit. Cor. de eo Ro. dicitur. i. Cor. ix.
Cum liber essem ex omnibus omnium me servum
feci ut plures lucrifacerem. Quarta est apparicio
et hec liberat ab invidia illuminando ad doc-
trine communicacionem quia ipse tunc notam
gentibus revelavit. Ysa. lx. Letatus sum
in omnibus qui antecedebat me ista sapiencia
Iusticia. Sap. vii. Sine invidia communico et ho-
nestatem eius non abscondo. Quinta est in
templo oblacio et hec liberat ab ingrati-
tudine illuminando ad oracionem quia sicut
dominus oblatus est pro nobis in templo ita
se debet homo totum offerre deo ut gratus
fiat deo Luc. ii. Tulerunt illum in ierusalem ut
etc. Sexta est ipsius baptismus et hec li-
berat ab immundicia illuminando ad inte-
nomitatem quia Christus lotus est in iordanis
flumine. Ephes. iii. Salvos fecit baptisma
non carnis deposicio sordium sed consciencie
bone interrogacio in deum. Septima est in cremo
temptacio et hec liberat filium reguli a fe-
bre illuminando ad carnis mortificacionem quia
tunc in cremo ieiunavit. Matth. iiii. Ductus
est Ihesus in desertum etc. Octava est eius passio
et hec liberat ab iracundia illuminando ad
pacienciam quia Christus in paciendo fuit
pacientissimus. i. Pet. ii. Christus passus est pro
nobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia
eius. Nona est ad inferos descensio et hec
liberat ab ignorancia illuminando ad animam quia
dominus inspirat et hiis qui erant in tenebris
et umbra mortis. Zach. ix. Tu in
sanguine testamenti tui emisisti vinctos
tuos de lacu in quo non est aqua. Maxi-
mam est sanguinem perceptimus fundere.
Decima est in sepulcro requies et hec liberat
a mundi perversitate illuminando ad pacem quia
Christus in sepulcro quievit. Ps. In pace
in idipsum dormiam etc. Et iterum in pace factus est locus eius.
Undecima est resurreccio et hec liberat a vete-
rustate illuminando ad vite novitatem
quia tunc Christus novus homo factus est. Ro. vi.
Quomodo Christus resurrexit a mortuis per
gloriam patris ita et nos in novitate vite

ambulem^s prudentia e eius astrusio
et hec libat ab amore terreno^r alliciando
ad desiderium eternorum ad quod nos xps p
cessit Collo. iij. Si consurrexistis cum xpo
que sursum sunt querite ubi xps est in gloria. Post hec quidem
de hoc quod dicit quod propheta in patria sua ho
norem non habet Contra hoc non honoratur in su
bi cognoscitur ergo si cognoscitur in sua pro
vincia non in aliena gentes vid^r quod mag
honoretur in patria sua quam in aliena Item
videmus quod david in patria regum suum honore
habuit Item vid^r quod xpus habuit honorem
in patria sua dicitur enim infra quod galilei eum
exceperunt ergo honoravit Respondetur
Ad primum duplici ratione non honoratur homo in
patria sua tum ratione generacionis carnalis
tum ratione conversacionis familiaris Ratione
generacionis quia quibus habet parentes et in nume
viles et ignobiles et pauperes sicut xpo
credebatur habere ratione hominis despicitur Ratione
et conversacionis familiaris quia nimia
familiaritas contemptum parit et ideo cum iudei
parentes xpi pauperes nossent et nossent
eius educacionem nichil divinum in eo esse cre
debant Ad secundum obicitur quod noticia facit
hominem honorari Dicendum quod noticia virtutis
admiracionem facit noticia originis vel in similitudine
in perditionem. Ad obiectionem de david et aliis prophetis
Dicendum quod ab extra contingentibus non de sua
primitiva et ex hoc racio contingit ut non teneret
Ad obiectionem galilei exceperunt eum Dicendum dupliciter
quod exceperunt exterius corporaliter sed non interius
per fidem et sicut homines dominus regnat non in
faciat dicens Vivum de festo exterioris sed de interiore
fidelitate Item querit augustinus de isto regulo
utrum crederet an non quod non hoc vid^r quod
dicens increpat eum Nisi signa etc. Hic ipsum
arguit peccatum quod petebat quod descenderet
et esset nisi presens esset sanare filium suum
non posset Et contra hic est si non credidit
quare salutem filii a domino postulavit Respondetur
quod credidit sed semiplene credidit credi
derit in xpo esse virtutem ad sanandum filium sed
non credidit in eo esse divinitatem per quam
posset ubique etc. fides fuit qua petiit
salutem sed defectus fidei eum reprimebat
prudentia corporalem Item queritur vid^r Ergo
bonum est quod dominus ad suum reversionis
non se obtulit et ad suum reguli cum roga
retur ire recusavit Respondetur quod hec

fuit ad edificacionem fidei et morum fidei
ex duo se obtulit centurionem ipsius fidei de
vocionis ubi manifestavit deum retrahens se
a reguli filio curando eius in absencia
ad diminuendam noticiam nos invitavit ad
edificacionem morum ut nostram superbiam
detestemur quod magnos veneramur et pau
peres et parvos despicimus

Post hec erat dies festus

fas dies

Iniciata prius potestas in qua agitur de ma^{ne}
ubi in carnatus sum quod respiciat condiciones
aptitudinis quibus sit manifestatus hic in capi
tulo post principal. Sequitur agitur de manifestacione
ubi incarnati sum quod respiciat condiciones
aptitudinis ibi manifesti Ostendit enim Jo.
quod ipse dei filius qui in patris ulum est ma
nifestat se creatorem confirmatorem ductorem
et unificatorem primo igitur ostendit se creatorem
in principio capitulo secundo et conservatorem capitulo vi. post
hec abiit Et ductorem capitulo nono septimus usque
ad vii^{m} ibi posthec ambulabat Et tercio p
sequitur reparatorem in lazari resuscitacione
in principio xi ibi erat quidam languens
Primus secundo capitulum in quo ostenditur se creatorem
primo in libro palme curacionis sed in maiori
tres sunt quatuor quod hic detiam^r Impri
mis tam miraculosa curacio In secundo cu
racionis circumpiunctio^r i erat autem sabbatum
In tercia circumstanciis confutacio In quarto Fudit
itaque ihs In quarta confutacionis corroboracio
et hic prima testimonia ibi ego testimonium
perhibeo In tribus secundo curacio sed sicut
describitur circum^{or} primo ad congruencia temporis secundo
ad disposicione loci ibi est autem wilis Tercio
a necessitate languentis ibi erat autem
quidam homo Quarto aptitudine curantis
ibi dicit ei ihs primo in describitur congruencia
temporis quia tunc festum erat in quo
universa domus conveniret in perendie io d^r
Post hec etc. que sunt narrata sicut erat
dies festus Iudeorum Crisostomus dicit quod
iste dies festus erat penthecoste quia
erat medius inter pascha et scenophegiam
in solempnitate tabernaculorum Et ascendit
ihs ierusalem sicut habebant in consuetudine omnes
Iudei Ulterius ascendentibus aliis in ierusalem
sum consueverunt diei festi Est autem
wilis Hic secundo tangitur disposicio loci ubi
facta est curacio quia in loco curacionis

¶ fferia sexta in invenit eum dominus :-
.:. Post hec erat dies festus :-

erat piscina probatica Et dicitur probatica
a probaton grece quod est ovis quia ibi lavabantur
oves ad ymolandum piscina non idem est
hic quod cisterna quedam ampla non multum
profunditatis sed tamen non sine omni aqua
tangitur supiores pre lutor(um) uel ripe
Et dicitur piscina panathasim eo quod in ministerio
piscis fiebat propter quod dicitur Et erant
ieris piscina probatica i. pecualis quia
sicut dicitur et ibi lavabantur pecudum hostie
et erat hec piscina iuxta templum et ab
hoc officio denominacionem accepit Io. dicitur
que cognominatur ebrayce bethzaida
latine domus venacionis vel domus singu
lis pecudum uel exspicacionem vocabuli datur
intelligi ipsum primum aditum sacrificiorum
de omnibus in illis enim fiebant sacrificia
et sicut hoc fiebat officium ita habebat et
ornatum unde dicitur quinque porticus habens
porticus in ipse est umbraculum quod patet
residentibus iuxta domum et sic habuit iste
locus ut defensi a bestu et pluvia deve
nientes ibi disiungerent Unde dicitur In hiis
iacebat multitudo languentium et per nam
in tyrabilium et ne putet quod piscina tantum
erat ordinata ad curam hominis in firmi
sicut sunt balnea naturalia Io. subdit caecorum
claudorum aridorum exspectancium aque motum
ut sanarentur per divine gracie beneficium quod
impendebatur eis in descensu angeli in aquam
unde dicitur Angelus autem domini secundum tempus de
scendebat in piscinam ad sanandum infirmos
et huius descensus subdit signum et mo
vebatur aqua ut aquam viderent quam
angelum videre non poterant Deinde dicitur
subdit effectum Et qui prior descendebat
in piscinam post motionem aque sanus fiebat
a quacumque detinebatur infirmitate sed dis
tinctione quia sicut dicitur act. x. non est
personarum acceptor deus Erat autem
quidam homo hic tangitur et languentis
necessitas quia diu in firmus fuerat et omni
auxilio destitutus et quia infirmus Io. dicitur
Erat autem quidam homo i. quidam dicitur
quia iste in miseria singularis fuit
et quod diu infirmus fuit Io. dicitur xxxviij
annos habens in infirmitate sua Erat in
firmitatis longitudo super quam domini
motus est miseri[cordia] et opere et alloquio
enim unde dicitur Hunc cum vidisset ihesus
iacentem in firmitate opprimente et egro
nissis quia ea nutuum quod fecit in
penalitate inspice dicit ei per benignitatem

nunc vis sanus fieri producere diuine po
tentie non querebat quod de voluntate dubitaret
quod et patet ex languidi responsione unde dicitur Respondit
ei languidus Domine hominem non habeo ut cum
conturbata fuerit aqua mittat me in pis
cinam et ita pauper sum et non est qui ad
iuuet pes Tribulacio proxima est et non est
Et ego extreme sum impotens unde subdit
Dum venio enim ego alius ante me descendit
et ita sanari non possum quod non sanatur
nisi unus et ille qui prior descendit et
in nitur languentis necessitas Dicit ei
ihesus Hic tangitur cristi curantis potestas quod
solo precepto sanat unde dicitur Dicit ei ihesus
hoc est passio Surge pusillitudine
tolle grabatum tuum pro fortitudine et ambula
per sanitatem certitudinem quod et factum est unde
subdit Et statim sanus factus est homo etc.
valitudo et sustulit grabatum suum etc.
fortitudo Et ambulabat etc. sanitatis
certitudo et hoc totum factum est [?] uiso pes
duxit et facta sunt unde mardocheus dicebat
hest. xiij domine rex omnipotens in dicione
tua etc. Erat autem sabbatum in illa die
Moraliter nondum est hic que sit ista
piscina quinque habens porticus qui sunt i
fimi et quo curant Piscina quia ex aquis
plurimalium congregatur penitencia est in qua est
effusio lacrimarum per amissione sup
nerorum dehac pluvia dicitur Ps. lxvi? Io. dicitur
venit in corde suo metuamus dominum deum
nostrum qui dat nobis pluviam temporaneam
et serotinam in tempore sub temporaneas i.
corruptionem penalis commissi et sero
tinam penalis bonis obmissi hec
pluvia descendit in valles hoc est in humiles
non est in montibus hoc est in superbis unde in [?]
montes gelboe nec ros nec pluvia ve
niant super vos hec piscina habet quinque
porticus in quibus requiescit quia quinque sunt
considerationes que dant facere hominem in
prima permanere Prima est consideratio
reatus peccati quo se obligavit ad penam
Ps. etenim ego in flagella paratus sum et c.
Secunda est consideratio severitatis iudicum etc.
[?] Si peniteam non exgerimus in ad [?]
in manus domini Heb. x. horrendum est
incidere in manus dei viventis Tercia
est oportunitas loci quia post non erit
penitencie locus Eccl. ix. Quartum patet [?] ma
tura fuit instante opere quod nunc opus

porta [?] / [?]

ne racio nec scia nec sapiencia est ad in
feros quo tu properas et marta est consideracio
incertitudinis diei extremi Eccl. ix. Nescit
homo finem suum sed sicut pisces capiuntur
hamo et sicut aves capiuntur laqueo sic
comprehenduntur homines tempore malo. Et vana
est consideracio incertitudinis status sui quia
nescit utrum aliquid fecerit deo placitum unde
dicitur Eccl. ix. Et dixi in corde meo. Omnis
potentatus brevis vita. Et Eccl. x. Rex
hodie est cras morietur Infirmi sunt ceci per
tinaces pignorancia quia sunt. ... Ceci sunt
et duces cecorum. Ceci autem si ceco du
catum prebet ambo in foveam cadunt. Claudi
sunt qui peccant per impotenciam Heb. xii.
Gressus rectos facite pedibus vestris ut non
quis claudicans erret. Aridi sunt qui
peccant per maliciam et duriciam Eccl. in
cor durum male habebit in novissimo Eccl.
xxx. Conspiracio nequissima unde creatura
est cooperta arida malicia. Hii sanantur
in adventu angeli id est visitacionis divine
31 post commocionem aque id est lacrimacionis in
terne. Tren. ii. Effunde sicut aquam cor tuum
ante conspectum domini per descensum in piscinam
aque id est humilitate prime ... et plorum descende
de in pulvere virgo filia Babilon.
Hic queritur unde piscina haberet virtutem sanandi
et qua racione illi piscine talis virtus colla
ta erat. Item cum tanta esset virtus unde est
hoc quod scriptura de ea mencionem non
facit videtur quod negligencia scriptorum fuit
si nichil dixerit quod hec virtus apparuit tempore pas
sionis. Item queritur quare et quare adve
niente passione cessavit. Respondent quidam
quod in piscina erat lignum crucis quod tunc temporis
cepit apparere et super natare ideo gratia nobi
litatis sue passionis tropheum voluit
dominus miraculum ostendere tempore passionis et
tunc cepit et non post passionem quia lignum
inde extractum fuit. Et hoc destruit cau
non sed eadem racione qua probatur destruit
Propter hoc dicunt alii quod in aqua ista erat
virtus sed angelus descendens sua tamen tempore
faciebat hoc magis preter ... ad no
tandum ... ergo quod hec virtus data erat
angelo in aqua ad figuram baptismi in quo
fit ablucio peccatorum et sanacio peccatorum et
ideo propter baptismo promissa fuit et ad
veniente baptismo cessavit et ideo est pro
tempore duravit et tandem defecit scriptura
de hac mencionem non fecit. Item queritur cum equ
facile esset domino curare omnes sicut unum
curare posset et ipse sit largissimus quare
non dabat eque illi effectum curandi omnes
Item de ipso queritur domino quare sit tamen unum
curavit cum eque facile esset omnes sicut
unum curare posset. Videtur quod illa sanacio corporalis
magis erat in signum quam in beneficium aliquid
signabat enim que curacionem est ergo ad signandum
et prefigurandum ordinabatur debuit eo modo
fieri quo oportet figuret et est sanacio in
ecclesia ... et nisi in unitate fidei et caritatis
ideo solum unum curabatur. Set ergo obicitur non
videtur est non tamen erat beneficium sed et in signum
Et sed nec videtur quereret si unus est infirmum
inferre ergo ubi maior miseria magis debet
in eliminare una, non ergo debuit sanari qui
prior descendebat sed magis indigebat.
Videtur quod sicut prius dictum est signum erat cu quia in sanacio corporalis
racionis eius. Et quia eciam curatur a deo
secundum suam disposicionem ad suscipiendum graciam,
non secundum caritatem in corpore non qui prius et
solicicius descendebat prius salutem ob
tinebat. Item queritur cum dominus paraliticum curavit
suadeat condempnantur alius quos sanat
fidei confessionem exposcit unde est hoc quod ab
isto nichil omnino quereritur. Videtur quod intelligimus
cum dominus aliquem curavit non solum in corpore
sed etiam in anima totum sanum relinquebatur.
Propter hoc notandum quod quidam erat qui ex
culpa in egritudine incidebat et quia hii de
bebant sanari in anima et eciam non salvabantur
nisi per fidem ideo a talibus dominus confessionem fi
dei requirebat. Alii erant qui ad gloriam dei
manifestandam infirmi erant ut cecus natus
et a talibus dominus confessionem fidei non requi
rebat ymmo mera liberalitate eos sa
nabat et de talium curacione magistri hic
agit Iohannes quia iste talis fuit ideo eius
fidem non requisivit. Et quia hic sonat
contra glossam ideo ... non solum requirit fidem
ab hiis qui querunt salutem. Erat autem 9 ~
sabbatum postquam descripta est miraculosa
paralitica curacio hic secundo describitur curacionis
calumpniacio et procedit evangelista hoc ordine
primo in summa calumpniacio curati secundo ca
lumpnie in curante devolucio ibi respondit
eis qui me sanum fecit. Item manifestacio ibi
Hic autem secundo manifesti perquisicio ibi
Abiit ille homo, quarto in perquisicione obstinacio
ibi Hic autem ... In summa ergo primo curati
reprehensio ex hoc quod tulit grabatum in
die sabbati in qua sanus factus fuerat propter
quod in ipsos occasionem calumpniandi dicit
evangelista Erat autem sabbatum in die illo sic quo
curatus fuerat et grabatum portabat et
occasione huius iudei eum reprehendebant
ideo subditur dicebant ergo iudei illi qui sanus

sciat factus ipsum calumpniando Sabbatum est
non licet tibi tollere grabatum tuum / tolle grabatum opus
simile erat / videbatur quod prohibitum erat
in sabbato de xvii dies septimus erit
celebrior et strictior ullum quia opus simile fa-
ceret in eo / Respondit eis / hic tangitur primum
scilicet calumpnie evacuatio / volunt quia
ille ipsius sanatus se excusat per mandatum
curantis / Unde subdit qui me sanum fecit
per potestatem ille michi dixit tolle grabatum
tuum et ambula per quam percipies auctori-
tate eius qui tantam habebat potestatem / Unde
habuit tantum mandati auctoritatem / Unde dicitur
Mathei x ut sciatis quia filius hominis habet potestatem
dimittendi peccata in terra / Tunc ait paralitico etc.
Si ergo peccata potuit dimittere ergo et in precepto
de sabbato dispensare / Sed iudei hic non atten-
dentes de ipso interrogant ut eum possint
calumpniari / Unde dicit Interrogaverunt ergo
eum quis esset ille homo / homo dicunt in-
firmus non deus omnipotens qui dixit tibi tolle gra-
batum et ambula / q.d. contra legem precepit
non putantes sanavit / Aliqua quererunt
bona tacere (?) prov. xi / Unde consurgit
diluculo qui querit bona quasi ad investi-
gatorem malorum et ab eis opprimetur / et quia
male querunt ideo in questione deficiunt
ideo dicitur Is autem qui sanus fuerat effectus nes-
ciebat quis esset ideo in inquirendo necesse
fuit quod deficerent / Ps. defecerunt scrutan-
tes scrutinia / Jo. viii e Jo. vii iudeis
queretis me et non invenietis / quia non querebant
eum ad audiendum sed ad persequendum / Jhesus
autem declinavit a turba / hic tangitur tertium
scilicet quesiti et non inventi manifestatio
quia scilicet non in turba sed inventa (?) / Unde dicit
Jhesus autem declinavit a turba constituta in loco / Ubi
sanatus fuerat / propter spectaculum multi
confluxerant ibi / ideo nesciebat eum ille sanatus
qui in turba non remanserat / Unde sequitur postea
invenit eum ihesus in templo quia scilicet iam
a turba recesserat / Augustinus In turba non
cognovit Jhesum sed post in templo Augustinus
docemur ut quibus qui ad visionem
dei multum venire fugiat turba suorum
affectuum et neque in homine / et adeat in-
tus orationis templum / Unde in suscitatione
puelle precepit ihesus eicere turbam tumul-
tuantem Mathei ix et quia dominus misericordia nos
prevenit non dicit quod ille invenit ihesum sed
quod ihesus invenit eum per eius eruditionem quam
dedit ei / Unde dicit Et dixit ei instruens
eum ut bonus medicus Ecce sanus

factus es reducat ei ad memoriam bene-
ficium iam noli peccare dissuadet peccatum
ne deterius aliquid tibi contingat comminatur
periculum / Luce xi Et fiunt novissima hominis
illius peiora prioribus / Abiit ille homo hic tangitur
quartum scilicet Christi manifestati precognitio (?) Cog-
noverunt eum iudei ideo renunciare quia vo-
lunt eum sanasse / Unde dicit Abiit ille homo
et nunciavit iudeis quia scilicet ab eo quesierant
quia ihesus esset qui fecisset eum sanum
sed hic non dixit detegendo Christum et eum accu-
sando sed nomen Christi annunciando / Unde glossa
Annunciat iste salutem iudeis ut sequerentur
sed illi econtrario persequuntur / Unde sequitur propterea
iudei persequebantur ihesum quia hoc faciebat
in sabbato videbatur enim legem eorum velle
destruere / Unde dicebant Joh. ix non est hic
homo a deo qui sabbatum non custodit / Luce vi.
Observabant scribe et pharisei ihesum si in
sabbato curaret ut invenirent etc. / Jhesus
autem respondit eis hic tangitur quintum scilicet iu-
deorum in persequendo obstinatio quasi contra cura-
tionem ad dominum rationem ondubitare (?) non solvere
sabbatum / Unde dicit ihesus autem respondit eis
scilicet iudeis persequentibus pater meus usque modo
operatur / in sabbato et tamen non solvit sabbatum et
ego operor scilicet patri cooperando et in sabbato
Si ergo deus non solvit sabbatum nec ego
solvo / Mathei xii dominus enim est filius hominis et sabbati
Et quia dominus pater meus sum reprehensor (?)
aliqua operari et ergo explicat rationem
iudei sed in malitia obstinati ex qua
debuit pacificari / ideo subditur scilicet post istam
rationem propterea ergo magis querebant eum
iudei interficere quia non poterant rationem
contradicere / querebant eum interficere Jo. viii.
Quid me queritis interficere hominem qui vera
locutus sum vobis quia non solum solvebat
sabbatum secundum suam sententiam sed et patrem suum
dicebat deum suum singulariter equalem
se faciens deo quia ipsi reputabant
blasphemiam Jo. x. De bono opere
non lapidamus te sed de blasphemia etc. Unde
dicunt faciens quasi non esset sed se deum faceret
Et hic quia tamen preceptum de sabbato sit pre-
ceptum de prima tabula in quibus sicut
dicit Bernardus non potest dispensare deus
videtur quod dominus male fecit solvendo
sabbatum Et tu dicas quod in precepto est
aliquid morale aliquid ceremoniale et si
quod morale spectat ad primam tabulam
tamen non solvit sed quod ceremoniale non

Qo pertinet ad decalogum etc. Non solvit. Sed est 2o quid est in eo morale quid cerimoniale. Item quod est iste preceptum tam magis hic tenetur antiqua observanciam cerimonialem quam aliud mandatum decalogi. Et videtur quod non deberet ei admisceri sicut omnibus aliis. Videtur quod sicut decimum est mandatum de sabbato aliquid habet morale et aliquid cerimoniale et ideo in lege non tamen ponitur inter moralia sed etiam inter cerimonialia. Quod 2o queritur quid sit de eo morale et quid cerimoniale. Dico quod in mandato isto precipit homini quod vacet deo ut recipiens eius statuat perdicionem et hoc est morale. Ultimus est signatio diei et post hoc quietatio ab omnibus operibus similibus, et ista duo sunt cerimonialia. Item queritur quare magis hic preceptum sed coniuncta cerimonia. Videtur Augustinus quia est preceptum dilectionis quia preceptum etiam respicit tres personas in trinitate et precipit ibi dilectionem. Ergo concluditur quod omnia cerimonialia sunt referenda ad dilectionem dei et proximi et ad illum finem exponenda. Ideo dilectionis mandato observancia cerimonialis coniungitur. Alia racio potest reddi quia in dilectionis mandato mandata cetera diriguntur et in plenum. Tercio in vacando et considerando legem divinam diligens efficitur homo in lege observanda. Quia ergo in hoc mandato precipit dilectio et de vacacione omnium mandatorum observancia pendet ex hoc et ideo hic neglecto in oblivione. Dico etiam negligencia et ideo ne oblivioni traderetur signavit deus diem ne etiam per alia negligeret et ab omnibus aliis cessare precepit et hoc est cerimoniale. Item queritur utrum dominus mandatum de sabbato solverit quantum ad observanciam cerimonialem quod non videtur quia non prohibebat ibi nisi opus simile et deus nullum opus simile in eo faciebat. Item Luce xiiii dicitur omnino quod non solvit sabbatum. Io. v. Cum ergo [illegible] etc. Contra solvit videtur quia iudei per hoc eum persequebantur. Videtur quod observacio eius quod erat cerimoniale in sabbato triplex erat scilicet spiritualis, litteralis et consuetudinalis. Spirituale non solvit nec solvere potuit sed adimplevit. Litteralem solvere potuit non tamen solvit quia nullum opus simile in ea fecit. Consuetudinale solvit et solvi precepit. Solvit quando fecit lutum ex sputo. Solvi

precepit quando grabbatum deferri. Hic enim non erat de observancia litterali sed consuetudinaria et superinducta. Item queritur de hoc quod dicit quod iudei persequebantur ihesum quia hec faciebat in sabbato cum eque bene hec facere potuit in aliis diebus sicut in sabbato. Videtur quod dominus ipse sibi persecucionem procurabat [illegible]. Videtur quod cum tempus fuit doctrine veritatis quam in observancie cerimonialis debebat in christi adventu cessare, ipse qui magister fuit veritatis debuit hic docere et persuasione veritatis, unde ut apud nos veritas evangelii remaneret. Secunda racio fuit divini iudicii severitas quia sicut dicit Io. ix in iudicium ego veni in mundum. Quia ergo ex hoc malo [illegible] adprecipitandum in mortem quam fuit inde facta, bona non illuminabant ad credendum. Tercia vero est [illegible] utilitas quia tunc pauperes et simplices conveniebant ad synagogas quos debebat [illegible]. Item queritur de hoc quod dicit dominus: pater meus usque modo operatur. Contra Gen. ii requievit dominus ab omni opere quod patrarat. Ergo videtur quod hic sit contradiccio. Respondeo quod est opus prime condicionis et hoc consistit in creacione rerum que pertinent ad complementum universi et in [illegible] distinctionem et ornatum et hec sunt in sex diebus ab hoc et ab hoc opere deus requievit. Aliud est opus conservacionis quod res non possunt conservari in esse [illegible] quia nate sunt propriam corrumpi, et consistit hoc opus in transmutacione et propagacione et animarum creacione et hoc opere operatur deus et cooperantur nature cooperanti et de hoc opere intelligitur quod non cessat in sabbato. Videtur itaque [illegible] dispositio [illegible] calumpniatores [illegible] calumpniacionis confutacio. Confutat [illegible] dominus ipsum calumpniantes de tempore [illegible] et hoc ostendendo suam in operando potenciam. Et dividitur hec pars in duo quia primo ostenditur eius potencia et declaratur in generali, secundo in speciali ibi Amen amen dico vobis. Filii in dei potencia hic ordine declarat et manifestat. Primo notatur paternitatis origo, secundo potestatis magnitudo ibi [illegible], tercio magnitudinis declaracio ibi [illegible], quarto declarande potencie racio ibi [illegible]. Primo in nota potestatis filii origo. Dicit enim filius dei quod a se ipso non habet operandi potenciam sed a patre. Ideo dicit: Respondit itaque ihesus et dixit eis scilicet iudeis persecutoribus et calumpniatoribus eum: Amen amen dico vobis, id est vere et inmediate dico non

Amen dico vobis

pr filius a se quidquam facere Sed / in / non hic habet a se sed a patre sicut nec operari a se sed a patre Io viii / Et a me ipso facio nichil nisi quod viderit patrem operantem solum sic habet a patre potestatem accepit ut possit Io viii Ego quod vidi apud patrem meum loquor et ita quidquid potest a patre potest et nichil aliud potest nisi quod a patre accepit ut posset Et

non eum accusando sed discipulos instruendo ne
crederent eum tradidisse ut Hominem primum predicta
subditur vel amando. Amen amen dico vobis priusquam
fiat ut cum factum fuerit credatis quia ego sum deus
quia scio omnia antequam fiant. Ecclesiastici xxxiiii
domino deo antequam crearentur omnia sunt agnita et cetera
Amen amen dico vobis hic tercio hortatur ad
imitandum se in honore suorum suorum consideracione
magnitudinis muneris magnum enim munus est quod
dominus honorat et ipse dominus honorem suum suo
reputat suum et ita magnum munus est quod hono-
rat christus summum predicat dicitur Qui accipit si quem misero
me accipit et qui honorat missum honorat me
mittentem christus xxv Quod uni ex minimis
meis fecistis mihi fecistis. Qui autem me accipit accipit
eum qui misit me scilicet qui honorat filium ho-
norat patrem qui misit ipsum christus x dicit Qui quis
vos recipit me recipit Et qui me recipit
recipit eum qui me misit. Et exponitur de gratia
quia sicut est magna transgressio dominum despicere et
magnum munus ipsum honorare Sic eciam in fine
[illegible] Sed hic queritur primo quia dominus dedit dis-
cipulis suis magnum exemplum humilitatis quam aliquis alterius
virtutis cum sint alie virtutes excellenciores
dicendum quod dominus super omnia commendat discipulis
suis virtutem et quia superbia rete frangit
virtutem quia inter superbos semper sunt iurgia
et discipuli contendebant quis eorum esset maior ideo
ne premium generum virtutes essent rumperetur
dedit exemplum humilitatis ut quilibet alteri subiciat
Alia racio est quia sicut dampnacio orta fuit
a superbia ita salus ab humilitate Sed queritur de
hoc quod dicit non de omnibus dico ego scio quos
elegerim contra supra vi dicitur Nonne ego vos ele-
gi Et elegit ergo iudas fuit electus cum ceteris
dicendum non Dicendum quod est electio ad presentem dignitatem
et iudas fuit electus sicut eliguntur mali episcopi
et prelati non ex precedenti sed ex dispensacione
Et est electio ad eternam felicitatem et hic non
iudas non fuit electus quia hic pertinet ad fi-
nalem bonos Item queritur de hoc quod dicit
Qui recipit si quem misero me recipit Sed ergo
qui honorat missum honorat mittentem ergo sicut

vide sequencia xii folia

vide sup(ra) xx folio

missum z locutus eis non fuissent. uba .s. fidei
z erudicionis peccatum non haberent .s. ita grande
z inexcusabile qualiter vij dicitur. Ei autem qui
cognouit voluntatem domini sui z non facit plagis
vapulabit multis. Et ideo si non audissent excu
sabiles essent aliquomodo per ignoranciam ut autem
excusacionem non habent de peccato suo quod non ex ignorancia
non credunt sed ex odio quod odium redundat in
patrem propter quod dicitur. Qui me odit z patrem me
um odit. Superbia sua eleuati sunt. ps. Super
bia eorum qui te oderunt ascendit semper. Quia ergo ex
malicia audire recusauerunt ideo inexcusabiles
sunt. Sicut vij. Regina austri .i. iusticia generacione
ista .s. iudaica .s. ac si ... Ro. ij. Inexcusabilis
es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alium
iudicas te ipsum condempnas. In excusabiles z
sunt iudei propter ea que viderunt. Ideo dicitur Si opera
non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum
non haberent .s. non credendo ita magnum peccatum.
Quia sicut supra v. dicitur. Opera que ego facio tes
timonium perhibent de me. Nunc autem z viderunt z oderunt me
z patrem meum. Et ideo sciens z exprobrans re
cusabant credere z persequebantur. Propterea inexcusabi
les sunt. Sicut xi. Ve tibi corozaim ve tibi bethsaida
quia si in tyro z sydone facte fuissent virtutes que facte sunt in uobis olim in cilicio z
cinere penitenciam egissent. Et scilicet iudeorum malignitas in scriptura
est prophetata dicitur Sed ut adimpleatur sermo qui
in lege eorum scriptus est. Quia sunt sicut large lex
pro omni scriptura. ps. Quia odio habuerunt me
gratis. Hic pro ois scribitur. Qui adversantur mihi z
oderunt me gratis z annuunt oculis. Et alibi
ps. Dum loquebar illis impugnabant me gratis
Istud odium prefiguratum fuit Gen. xxxvij. Ubi
dicitur quod fratres Ioseph oderant eum z non pote
rant z cetera. Cum autem venerit etc. Hic de iniuria
innocencia exprimenda testimonio spiritus sancti
z apostolorum propter quod dicitur Cum autem venerit ista ipsi spiritus
[illegible] sunt ne [illegible] z mortem [illegible]
Cum autem venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre
spiritum veritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me
quem dedit deus omnibus obedientibus sibi z perhi
bendo de mea innocencia testimonium arguet mundum
de malicia. Infra xvj. Cum venerit paraclitus arguet
mundum de peccato quia non crediderunt. Non solum ille sed eciam
testimonium perhibebit sed vos eciam confirmati spiritu z vos
testimonium perhibebitis quia ab inicio mecum estis
Act. i. Oportet eum ex hiis viris qui nobiscum
sunt congregati ab eo tempore quo intravit z exivit
inter nos dominus ihesus testem resurrectionis eius fieri ...
... hic testimonium non crediderunt apostoli ante adventum
spiritus sancti sed post. Unde petrus ad vocem ancille [illegible]
negavit cum magna tamen auctoritate principibus sacerdotum
post missionem spiritus sancti videbatur. Act. v. Oportet
obedire magis deo quam hominibus.

vide sup(ra) xx folio

16 Hec locutus sum vob(is)

iciam quo discipulos suos armat ad
pacienciam ut scilicet propter tribulaciones non deficiant
sed eas sustineant. Propterea dicit Hec locutus

sum vobis ut non scandalizemini. Quia dicit
Greg(orius) minus feriunt iacula que preuidentur z tol
lerabilius mundi mala suscipimus si contra
hec preuidencie clipeo munimur. Ideo premunit
eos de tribulacionibus futuris. Absque synagogis
facient vos. Act. viij. Facta est persecucio magna
in ecclesia ierosolimis. Et ideo dispersi sunt omnes
per regiones iudee z samarie z ideo summus
licet de persecucionis subiugit. Sed venit hora
ut omnis qui interficit vos arbitretur se ob
sequium prestare deo. Hora ista fuit tempus
predicacionis apostolorum tunc occidendo eos ar
bitrabantur se bene facere. Gen. xvij. z in paulo
Act. ix. Qui petiit litteras a principibus sacerdotum
in damascum ut si quos inveniret huius vie
viros ac mulieres vinctos perduceret in ierusalem
Talis autem cogitacio contra eum fuit absque fidelitate. Io.
Et hec facient vobis quia non noverunt pa
trem neque me .s. per ignoranciam z incredulitatem
... in paulo ... blasphemus
fui z persecutor z contumeliosus sed ignorans hec
feci in incredulitate. Contingit hec mala ex
... discipulos predicens eis Gen. dicit. Sed
hec locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum
reminiscamini quia ego dixi vobis. Reminiscencia z memoria futurorum
dei mater valet ad omnia mala perferenda
ego oblivio nocet. Io. dicitur Deut. viij. Cave
ne aliquando obliviscaris domini dei tui z negligas
mandata eius. Recordacio simonis de hominum
erigit z dirigit Gen. c. xxviij. Recordatus
est petrus ubi dicit ... ps. Reminiscentur
z convertentur ad dominum omnes fines terre. Sed quia
hic primo dicitur quod dicit non noverunt me vero
hic pharisei cognoverunt verum quod sicut xij. quia
ipsi pharisei cognoverunt parabolam de vinea illi tunc
dixerunt xxj in parabola de vinea illi cul
tores dixerunt Hic est heres venite occidamus eum sed
tunc dicitur ut autem viderunt z oderunt me ergo
scientes ipsum oderant. Sed contra hoc quia dicitur
... Et nunc fratres scitote quia per ignoranciam
fecistis sicut z principes vestri ergo principes per ig
noranciam occiderunt Christum non ergo cognoverunt Ideo
i. Chor. ij. Si cognovissent numquam dominum glorie
crucifixissent. Gen. Videtur quod Christus z deus
erat z messias sed promissus principes in lege xx
Dicendum ergo quod iudei mali cognoverunt
quod ipse erat verus eis promissus z verax z in noticia
sed quod esset dei filius non cognoverunt quia eius ve
ritate agnita impugnaverunt volentes omnes
ipsum non esse neque bonum neque sanctum. Ideo exce
cati sunt ut ipsius divinitatem non agnoscerent
in propria humanitate oderunt. Quia ergo dicitur
aut cognoverunt aut non referendum est
ad diversa cogitata. Alii referunt ad
diversa tempora quod in principio cognoverunt sed postmodum
impugnando per maliciam suam excecati sunt
quod de hoc quod dicitur Si non venissem z locutus fuissem
eis peccatum non haberent ergo scilicet isti venerunt illi qui non
audierunt z non credunt non dampnantur propter in
fidelitatem quod mirum est. Quia nullus

salutis sine fide. Item secundum hoc Tyrii et
Sydonii qui non crediderunt non dampnabuntur
quia maior fuisset eorum perfectio. Contra Et
per excellenciam in diversa genera peccatorum nomine peccati
generaliter dantur intelligi. Propterea tamen ut alia
peccata in spiritum sanctum quod est maius peccatum. Illarum
peccatorum excusacionem. Nota secundum peccati intelligitur
peccatum in spiritum sanctum quod contravenit peccato in peccato in
fidelitatis, et hoc non haberent iudei si solum
mansissent in infidelitate si dominus non precepta
signa manifestasset eis. Item queritur de hoc quod
dicit si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit.
Illud videtur falsum quia maiora et mirabiliora
signa legimus in veteri testamento. Legimus enim mare
rubrum divisum et iordanem. Homines xl annos
de celo pastos. Mortuos suscitatos et multa
talia. Item ipse dominus dicit Qui credit in me maiora
horum faciet. Ergo signum apertum non erat istis
signum ut scire poterint quia ipse esset xpus. Ad hoc
glossa. Ergo quod non intelligitur de operibus miraculosis
sed de mirabilibus ut quod mulier virum de eis
quod ipse de virgine natus est et consilia. Contra Sed
non solum quia hec non erant eis nota. Non
dicendum est aliter. Vel quod hoc dicit quantum ad opinionem
multitudinem et diversitatem quia nullus tantum tot
miracula et tam varia fecit sicut xpus. Vel
facienda est vis in hoc quod dicit fecissem quia
nemo alius fecit quia non erat deus sed ad eius
invocacionem facta sunt. Xpus autem fecit tamquam
ille qui erat omnipotens. Item queritur de hoc quod
viderunt nunc et oderunt me et patrem meum. Contra
sicut dicit Augustinus nulla creatura potest odisse
deum. Quo ergo oderunt patrem. Item nemo odit
nisi quem novit sed ipse dicit quod non noverunt
patrem et ita cum multis ergo deum non habebant
odio. Ad hoc dicitur Primo ut distinguatur
odium. Est enim odium dei quod est in affectus
contrarius adversus aliquem et nullus potest
odisse deum. Et est odium inpacientie quo ali-
quis ad modum odientis se habet. Sic dicitur
aliquis odisse animam suam qui facit contra
salutem propriam. Sic et dicuntur odisse deum qui
voluntati eius adversantur. Aliter dicitur quod deum est
considerare ut summum bonum a quo omne bonum
et considerare eum ut iustum et in suis operibus.
Nullus potest deum odisse ut odit ipse sed deum
secundum quod iustus. Contra Ergo obicit Augustinus de
illud Augustinus retractat. Tamen ubi illud
unum est accipiendo odium sicut expositum est.
Contra obicit quod non cognoverunt. Dicitur quod est cognicio
certitudinis et claritatis per speciem, et hac nullus
deum cognoscit nisi sit comprehensor. Et est
cognicio certitudinis sine enigmate, et hac
nullus deum cognoscit nisi fidelis. Et est
cognicio estimacionis, et hac infideles
et multi mali cognoscunt, et cognoverunt
patrem et persequentes oderunt. Item
queritur de hoc quod dicit Venit hora ut omnis

qui interficit vos. Ergo sunt sic illi qui occidebant
apostolos bona intencione occidebant. Ergo merebantur.
Si tu dicas quod non poterat bona intencione fieri id
falsum est quia mala in genere que non sunt mala sim-
pliciter bene fieri possunt et tale est occidere. Contra Quedam
sunt opera que nullomodo bene possunt fieri ut mentiri
sicut dicit Augustinus. Omnia mox nominata coniuncta malo
sunt mala ut dicit philosophus. Quedam autem sunt que
statim possunt bene fieri cum adest bona intencio ut
sunt bona in genere. Quedam que non sunt bona
sola intencione nisi assit causa et ordo et talia
sunt occidere et consilia bene quamvis ...
... precepto nisi assit ordo iudicii et ideo nullomodo
bene fit tali modo fiebat in apostolis quia iusta
causa et inquisicio deerat. Hec autem vobis
ab inicio. Supra dominus verbo eruditionis con-
firmavit discipulos in fide et dilectione. In hac
parte intendit eos confirmare in spei expectacione
consolans eos contra turbacionem et desolacionem
de suo recessu et hec pars dividitur in tres partes
secundum triplex genus consolacionis. Prima conso-
lacio est ex spiritus sancti missione. Secunda ex filii
visitacione et hec terminatur ibi Modicum et iam
non. Tercia est ex precis audicione ibi Amen
amen dico vobis si quid et cetera. Sic ergo tota trinitas
consolatur. Prima est consolacio ad demandam intel-
ligenciam. 2a ad lenitudinem. 3a ad pacem et confi-
denciam. Prima respicit racionale, 2a concupisci-
bilem, 3a irascibilem. Primo igitur consolatur
eos de spiritus sancti missione et describitur hec conso-
lacio per hunc modum. Primo premittit discipulorum
desolacio. 2o spiritus sancti promissio. 3o missi
officium. 4o missionis principium. Premittit ergo
primo discipulorum desolacionem occasione sui
recessus cum vocat predictas admoniciones
... ideo dicit Hec autem vobis ab inicio non dixi
que predicta sunt de spiritus sancti missione et vera
persecucione quia vobiscum eram consolans vos
presencia et ideo non dicebam vobis tristia.
Unde Mt ix non possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est
Et nunc vado ad eum qui misit me Ad patrem. Io
ubi predico et ex hoc recessu sicut erant discipuli
non indignantes in quinque sed tristes. Unde dicit
Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis.
Audiebant et non intelligebant et querere non
... et hoc est pertinacia sed quia loqui
... sunt vobis ... imple ... Signum
tribulacionis tristitie quia soli considerabant
absenciam corporis non absencie fructum et
hoc dicitur ... non contristemini sicut et
ceteri qui spem non habent. Tales implent
tristicia. ... Consolemini ne forte
habundanciori tristicia absorbeatur qui huiusmodi est.
Tre. iii. Replevit me amaritudinibus et
inebriavit me absinthio. Sed ego veritatem
vobis dico. Sic tangitur spiritus sancti promis-
sio que implet in suo recessu ... dicit
consolans. Ideo dicit Sed ego veritatem vobis
dico et cetera ... tristiciam sed ... debet

consolari de recessu meo. expedit vobis
ut ego vadam. Et vado reddit causam. Si enim non ab-
iero paraclitus non veniet ad vos. Et ideo hic est
quia nisi fuerint desolati non consolabuntur, Mat-
thei v°. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Bernardus.
Delicata est nimis divina consolacio nec eis datur
querentibus alienam. Et quare absente mittitur enim
ad vos quia subtracta consolacione visibili da-
tur vobis consolator invisibilis. Ysaie xxviii.
Quem docebit scientiam et quem intelligere faciet
auditum ablactatos a lacte avulsos ab uberibus.
Et ideo sequitur reddit. Hebreos v. Omnis qui lactis est
particeps expers est sermonis iusticie parvulus
enim est. Et cum venerit etc. Tangit hic triplex
spiritus sancti officium propagacionem ad mundanos et hoc
est arguere propagacionem ad bonos et hoc est
docere. Officium igitur propagacionis ad malos exprimit
cum dicit Ille arguet mundum de peccato et
de iusticia et de iudicio. Et ipse salvator ex-
ponit de peccato quidem quia non credunt in me
et hoc est peccatum infidelitatis. Iohannis supra viii.
Vos in peccato vestro moriemini. Si enim non cre-
dideritis quia ego sum moriemini in peccato vestro etc.
De iusticia vero quia ad patrem vado et iam
non videbitis me. Glossa. non de iusticia quam fe-
cit sed quam noluit imitari et hec est iusticia fi-
dei que creditur quod non videtur. Ideo dicit Quia ad
patrem etc. et iam credetis quia fides est substancia
rerum sperandarum argumentum non apparencium etc.
Hebreos xi. Et hec iusticia fidei perficiat iustus
salvatur. Romanos iii. Arbitramur hominem iustificari
per fidem sine operibus legis. De iudicio autem quia
princeps mundi huius iam iudicatus est. supra xii.
Nunc iudicium est mundi nunc princeps etc. Potest
aliter exponi. Arguet enim mundum hoc est manife-
stabit mundo secundum illud Ephesios v°. Omnia que arguuntur
a lumine manifestantur. Paraclitus spiritus sanctus. Et sic
manifestata sunt mundo peccatum iusticia et iudicium
peccatum mundi iusticia Christi iudicium diaboli. Et
racio horum est quia Christus erat redemptor
mundi, dyabolus deceptor et mundus peccator.
Mundus detinebatur a diabolo per peccatum infide-
litatis. Ephesios vi. Adversus mundi rectores te-
nebrarum harum etc. Et de hoc peccato spiritus sanctus
arguit mundum cum ostendit ei suam infidelitatem
arguit de peccato. Et hoc concordat cum litera dicens
de peccato quia non credunt in me. Christus non mundum
redemit sua iusticia qui enim iustus fuit
et pati non meruit paciendo mundum ipsum
salvando in cuius iusticie attestacionem sublimatus
est ad dexteram patris et hoc concordat
litera de iusticia vero quia vado ad patrem
per sublimacionem. Hoc enim iusticie. Philippenses ii.
Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem etc.
Diabolus non mundum iniuste detinebat et iniuste
contra Christum pugnabat. Ideo iudicatus est
quia amisit dominium in genus humanum. Et
hunc coronat sequens litera de iudicio non quia
princeps mundi iam iudicatus est id est in causa sal-
vatoris reus factus est. Regetur ergo sic litera

arguet mundum de peccato suo quia non
credunt in me etc. De iusticia sua mea quia
ad patrem vado et hoc testimonium de iudicio
scilicet diaboli. Quia princeps huius mundi iam
iudicatus est. Sic determinavit officium eius
ad mundanos. Deinde subiungit officium eius
ad discipulos et hoc est docere quia non plene
potuit docere in presencia Christi. Ideo dicit Adhuc
multa habeo vobis dicere sed non potestis
portare modo et racio huius est quia adhuc
carnales erant. I Corinthios iii. Non potui
loqui vobis quasi spiritualibus sed quasi car-
nalibus. Nondum enim poteratis sed nec adhuc
potestis sed ista carnalitas amovenda erat
per spiritum paraclitum spiritum sanctum. Ideo subdit
Cum autem venerit ille spiritus veritatis do-
cebit vos omnem veritatem. I Iohannis ii.
Unccio docebit vos de omnibus. Et quod doceat
veritatem ostendit per hoc quod non est sed ab alio
Ideo dicit Non enim loquetur a semetipso sicut
diabolus qui mendax est et pater eius. Supra
viii. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur.
Sed quecumque audiet loquetur. Ideo vera loquitur.
Supra viii. Qui misit me verax est et ego que
audivi ab eo hec loquor. Nec tamen docebit
veritatem de presenti sed eciam de futuris unde
et que ventura sunt annunciabit vobis.
I Thimothei iiii. Spiritus manifeste dicit quod
in novissimis diebus quidam discedent a fide.
Ille me clarificabit. Tangit hic tria
spiritus sancti operacionem et hoc quia non tamen est pa-
tris verum eciam filii et ideo sicut filius qui procedit
a patre clarificat ipsum operibus. Patrem ego
clarifico et spiritus sanctus filium. Ideo dicit Ille
me clarificabit. Et racio redditur quia de meo
accipiet et annunciabit vobis. Cum spiritus sanctus
summe sit simplex et quidquid habet ergo si accipit
aliquid ab alio totum accipit. Et ideo sequitur Omnia
a filio procedit. Sed ne credas ex hoc quod ab ipso
solo procedat ut ab ipso principaliter. Ideo dicit
quod ab ipso procedit quia tamen procedit a patre. Ideo subdit
Omnia quecumque habet pater mea sunt. supra xvii.
Omnia mea tua sunt et tua mea sunt. Propterea
dixi vobis quia de meo accipiet et annunciabit
vobis. De meo quod tamen a patre accepi. Sic spiritus
sanctus emittitur a filio a quo procedit sicut et
filius a patre missus est. Iohannis i. Unigenitus filius qui est
in sinu patris ipse enarravit. Et sequitur
hic primo de hoc quod dicit nemo ex vobis
interrogat me quo vadis. Et sequitur Symon
dicit ei Petrus domine quo vadis. Respondetur
quod dominus ibat ad ignominiam passionis ibat
et ad gloriam resurrectionis et cum prius loquitur
quod iret ad passionem quesivit Petrus quo
vadis sed non interrogat quo dicit quod vadit ad
gloriam resurrectionis cum vado ad eum qui
misit me. Et ipsi tamen turbati erant de
itinere ad passionem quod nichil cogitabant
de gloria. Ideo dicebat non querebant sed dominus
volebat quod quererent ut ipsos consolaretur

Item quer(itur) de hoc. Si ergo non abiero paracli
tus non veniet. Videtur ex hoc quod xpc non fuit
omnipotens quia spiritum mittere non poterat nisi
personaliter recederet. Et tunc dicas quod hoc non fuit
propter xpi impotenciam sed propter discipulorum in
eptitudinem. Contra hoc est quia xpc per suam
potenciam disponebat ad graciam quam quod impe
diret quod patet quia ante adventum xpi non fue
runt tantis gracie sed post. Respondetur. Et si pe
dicebant quia carnaliter ipsum amabant
sed hoc nichil est quia talis amor non prestabat
ergo non repugnabat gracie. Unde sic inclina
bat in caritate. Et tunc dicas quod non repug
nat spiritui in potencia sed tamen est impediens. Hoc
nichil est quia qui aliquem amat aliquem
sensibiliter et spiritualiter fuerit diligit quia
dilectio naturalis incendit spiritualem. Videtur quod
in plica expansa non fuit dandus spiritus sanctus
ante ascensionem. Secunda racio est ex parte susci
piencium quia consolati sensibiliter presencia
corporali ideo non desiderabant alia consolacionem.
Deus autem non mittit dona sua contempni
cio non datur in mentibus. Ideo oportuit
ab eis xpm separari. Alia racio ex parte
mittentis quia non decet missum ducere
suos fautores nisi ipse appareat glorio
sus. Ideo dicitur supra vii. Spiritus nondum erat datus
quia ihesus nondum erat glorificatus. Tercia
racio ex parte utriusque quia ad huc inimici erant
bant in inimicicie inter nos et deum. Ideo primo
oportuit fieri reconsiliacionem quam spiritus sancti
donacionem. Ideo prius oportuit xpm pati
quam spiritum sanctum mitti. Item queritur de hoc
quod dicit quod cum venerit spiritus docebit vos omnem
veritatem. Primo videtur male dici quod docebit
quia doctor est actus sapiencie et sapiencia appropriatur
filio non spiritui sancto. Item quo docebit omnem
veritatem secundum hoc videtur quod apostoli sciunt geo
metriam et omnes artes et hoc falsum est
quia eciam sciebant male gramaticam.
Unde apostolus dicebat. Et si imperitus sermone
mone non tamen sciencia. Videtur quod doctor congr
uitatis est tamen alii attribuitur filio. Et ex
presencie et donaciones et hec attribuuntur
spiritui sancto. Et de hac loquitur
propter hoc patet. Solucio ad secundum. Intelligitur
non de omni veritate simpliciter sed secundum
pietate et hec veritas necessaria est
ad salutem quam plene cognoverunt apostoli.
Vel dicendum quod non intelligitur sed secundum quod
omnes distribuit per singulis genera sed pro
generibus singulorum. Et est in veritas doctrine
vite et iusticie et hanc docuit. Veritate
doctrine quia xpm magistrum scimus quia
verax es. Ecce. Veritate vite ysa. xxx
viii. memento domine quomodo ambulaverim
coram te in veritate. Veritate iusticie prima
prima accipere personam in iudicio non est
bonum. Ecce. Item queritur de hoc quod dicit
de meo accipient. Videtur falsum quia

si spiritus sanctus est deus nichil novum potest. Ergo
nichil potest amplius accipere. Quod est 3o quod
dicat de meo accipiet. Item queritur de racione
dicti quod apta inquit dixi de meo accipiet quam
omnia que pater habet mea sunt. Aut omnia distin
bunt per essencialibus aut proprietatibus. Si pro
proprietatibus falsum est quia filius non habet innascibi
litatem. Si per essencialibus. Ex hoc non sequitur
quod si spiritus sanctus procedat a patre quod propter hoc pro
cedat a filio quia procedere est personale. Per eandem racionem
possit dici spiritus sanctus de filio de meo accipiet
quia omnia que habet pater habet spiritus sanctus. Ad
hoc videtur contra quod simplex est spiritus sancti
processio eterna sed et temporalis. Eternam ad eterna
a filio patre et sic accipit a patre et non a filio.
Item ad temporale a filio procedit in cuius ra
cionem dicit accipiet quia temporaliter procedit
et vocum sine errore accipiunt a sermone domini
quia dominus alii dicit quod mittet spiritum sanctum
in nomine meo quia a patre procedat semper quod a patre.
Sed tamen salva pace sua nichil dicit quia
sicut patet ex hoc verba spiritus sanctus accipit a filio
quod accipit quidquid accipiat et non est aliud
quam ipse cum simplex sit. Ergo si se accipit quo
potest accipere in tempore et non esse temporalis. Propterea
dicendum quod spiritus sanctus procedit a filio eterna
et temporaliter mittitur in creatura. Et ergo dicitur accipiet
Respondetur. Et per inglo. quod eternitas comprehendit omnia tempora
per diversas prefectures. Unde de futuro dicitur accipiet
non quia novum accipiat sed quia non desinit
sed tamen quod accipiet idem est ac si diceret se acce
pisse in tribus. Item ad aliud dicendum quod illa
non est racio cogens quare spiritus sanctus procedat
a filio sed illa est racio dicti sicut diceret de
meo accipiet non quia de persona excludendo
patrem sed quia similis cum patre sum ea racione
de persona est qua dicitur Omnia que habet pater mea sunt.

Modicum et iam non videbitis me. Hec est
3a pars capituli in qua consolatur eos ex sue pro
missione visitacionis. Et procedit in hac parte
sub hunc modum. Primo ponitur visitacionis xpi
promissio. 2o discipulorum dubitacio. 3o dubitacionis
explanacio. 4o exemplificacio. 4o vel 5o ad
aptacio visitacionis. Igitur premittit primo post
suum recessum ideo dicit Modicum et iam non vi
debitis me quia recedam a vobis. Et iterum
modicum et videbitis me quia statim post
passionem visitavit eos. Vel sic modicum
erat usque ad passionem in qua nondum debebat non
videri et modicum a passione usque ad resur
reccionem in qua debebat eis apparere. Ysa.
liiii. Ad punctum et in modico dereliqui te
et in miseracionibus magnis congregabo te.
Et vocem quare non erat eum visuri redditur
quia vado ad patrem. Item aliter exponitur
de visione perpetuam ut sit sensus quia mo
dicum tempus erat usque ad recessum xpi et
ascensum ad patrem. Et iterum modicum

spiritus ad adventum eius ideo ut assimilaret
nos ad gloriam suam supra xiiii Et si abiero
et preparavero vobis locum iterum venio et accipiam vos
Dixerunt ergo ex discipulis eius etc. Hic tan-
gitur secundum discipulorum dubitacio que procedebat
ex hoc quod dixit in modico non videbitis et vide-
bitis me quod dicit Dixerunt ergo ex discipulis eius ad
invicem quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me
et iterum modicum etc. De hoc dubitant primo viden-
tur dicta duo contradictorie opposita et secundo
dubitant secundum quod dicit quia vado ad pa-
trem nesciebant enim quo intelligeret ideo du-
bitabant de significacione ubi dicebant ergo quid
est hoc quod dicit nobis modicum nescimus quid
loquitur nesciebant quid per hoc vellet dicere per
modicum Et adhuc vos sine intellectu estis
Cognovit autem Ihesus Hic tangitur tercium scilicet dubi-
tacionis amocio que fuit exprimendo eorum cogni-
cionem discipulorum ideo dicit Cognovit autem Ihesus
quia volebant eum interrogare Eccli xxiii
Oculi domini plus lucidiores sunt super solem etc.
Et Eccli xvi Omne cor intelligitur ab illo et vi-
as illius quis intelligit Et prevenit ipsorum
dubitacionem sine interrogacione et dixit eis
de hoc queritis inter vos quia dixi vobis modicum et
non videbitis me et iterum modicum et videbitis me Hic du-
bitacioni satisfacit ostendens duplex tempus scilicet
tribulacionis et consolacionis et primo tempus vide-
bitis me non videbitis me et post aliud videbitis
deum et pro hoc non fuit gravatio quia non refertur
ad idem tempus sed pro diversa tempora vel deum et
adiunxit tempus etc. Amen amen dico vobis quia
modicum ideo dicit Amen amen dico vobis quia
plorabitis et flebitis vos plorabitis contra
fletum mundi presumpcione in quo hunc non videbitis
et in verbis Luc vi Beati qui nunc fletis quia
videbitis mundus autem gaudebit vos autem
contristabimini quia mundus gaudet Iob xxi Tenent
... ad sonitum organi sed boni contristantur
i Pe ii Modicum nunc si oportet contristari in va-
riis temptacionibus Sed tristicia vestra vertetur
in gaudium Et ideo dicit est modicum et videbitis
in gaudium Et Thobie iii Post lacrimacionem et fletum exul-
tacionem infundis ideo dicitur Eccli vii Cor sapien-
tum ubi tristicia est et cor stultorum ubi le-
ticia est Mulier autem cum parit Hic tangitur ter-
cium scilicet exemplificacio Et exemplificacio est hec
quod cito in modico tempore tristicia convertetur
in gaudium Et est exemplum de muliere parturiente
que cum parit tristatur quamvis bonum faciat
sed cum peperit gaudet statim ideo dicit Mulier
autem cum parit tristiciam habet quia venit hora
eius scilicet pariendi quamvis adhuc nesciret differen[illegible] p-
eius dolor est quia vehemens dolor est in parturiente
Ysa xiii Quasi parturientes dolebunt Et
Eccli xlviii Et sicut dolor mulieris parturientis
et non effugient Cum autem peperit puerum iam non
meminit pressure propter gaudium quia
natus est homo in mundum Pro gaudio quod
... deple Ieremie xxxi Et (?) fecit nunc dominus
quicunque audierit gaudebit michi dixit
sara Et vos igitur Hic est exempli
adaptacio quod ipsi tristabantur Christi in passi-
onem sed gavisi sunt eam (?) in eius glori-
ficacione scilicet resurrectione ideo dicit Et vos
igitur nunc quidem tristiciam habetis Mt ix ve-
niunt dies quando
auferetur ab eis sponsus et tunc lugebunt
sed ista tristicia modicum durabit ideo dicit
Iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum
Io xx Gavisi sunt discipuli viso domino
Et hoc non ad tempus sed in eternum ideo dicit
Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis
quia post resurreccionem erat ipsorum gaudium
quia Christus iam non moritur Apo xxi
Absterget deus omnem lacrimam etc. et
... timore ... Et in illo die non
vos ut modo Ideo dicit Et in illo die non
me rogabitis quicquam scilicet non interrogabitis
Sed hoc refertur ad diem glorie qui est quo
tunc quia videbunt clare Ysa liiii Ponam
universos filios tuos doctos a domino Et
autem intelligatur post glorificacionem Et adhuc
videtur quia tunc habuerunt intimum doctorem
iuxta illud quod dominus dicit Io xvi Cum venerit pa-
raclitus docebit vos omnia etc. Et unccio docet
vos de omnibus Vel non rogabitis quia
non indigebitis sed eritis certi quibus ad notum
omnia succedet Et quod queritur hic primo de
hoc quod dicit modicum et non videbitis me
quia dicitur Mt ultimo Ecce ego vobiscum sum
usque ad consummacionem seculi Item quid est
hoc quod dicit modicum et videbitis me quia dicitur
supra est Ad patrem vado quia iam non videbi-
tis me Quod recedit et manet videbi-
tis et non videbitis Christus in se est dominum
et visibile et invisibile et visibile
et humanum invisibile divinum
misterium et gloriosum Christus adeo dominum
numquam recedit ab eis Christum adeo
humanum et invisibile sub sacramento non re-
linquet usque ad consummacionem seculi Christum
adeo humanum visibile et impassibile non
relinquit usque ad consummacionem Christum ad
humanum visibile et passibile reliquit in
passione quia non ipsius fuit passibile
nec cum eis fuit passibile postea conversatus
Item queritur de hoc quod dicit plorabitis
et flebitis vos etc. apostoli in ea
tristicia meruerunt vel demeruerunt
Et sic videtur quia Tho ii Cum compatimur et
conregnabimus ergo compati cum eis meritorium
Item tristicia mala convertitur in maiorem
tristiciam Sed ista que convertitur in gaudium
illa magis bona est Sed tristicia apostolorum con-
versa est in gaudium ergo fuit bona et meritoria
Contra hoc est quia volebant quod Christus
moreretur et non Christus non fuit perdebat
unde Petrus de hoc fuit reprehensus Et ideo
dolebant ergo non dolebant Item videtur
preceptum quia bonum hortatur eos quod non
turbentur Sed dominus non dehortatur bonum
ergo turbari non est bonum Item supra xiiii

dicitur Si diligeretis me gauderetis ergo gaudium
erat de passione sed non tristarentur unde gau
dium est inordinate tristantur ergo apostoli
ordinate et culpabiliter tristabantur. Pro quo
sciendum duplex est modus de tristicia cuius sit
ex parte originis tristicia ortum habet ex di
lectione quidem quia ex dilectione voluptuosa
et carnali ut gulosus tristatur in amissione
boni mortalis. Secunda ex naturali ut dicitur
in separatione a corpore aut in morte filii quedam
ex spirituali ut tristatur amicus cum corporaliter
se iungit ab amico aut separatio placet
Tercia ex spirituali ut quando aliquis diligit
ex caritate et separatur parenti. Prima tris
ticia est culpabilis. Secunda et tercia supportabilis
sed [illegible] diligebant enim dominum
amore sociali quo diligit aliquis socium
quia non multum ab eo separari et amore spirituali
Ideo fuit in eis tristicia quedam laudabilis quia
separabantur a Christo. Et quedam supportabilis
quia nolebant separari a Christo. Et propter
modum tristandi intelligendum quod modus hab
endus est in tristicia unde dicit apostolus non con
tristemini sicut ceteri etc. unde sed tristicia temperari
gaudio et quantum ad hoc excesserunt apostoli
et reprehensibiles fuerunt quia in nullo gau
debant ymo ut desperantes dolebant
Et quantum ad hunc modum hortabatur dominus
ut non contristarentur sed ut gauderent. Unde
Crisostomus Magna est tristicie tirannis et multa
nobis virtute opus est ut nos resistamus
huic passioni et quod utile est assumentes quod
est superfluum dimittamus. Ideo laudabiles
erunt in tristicia sed non culpabiles in modo
Amen amen dico vobis. Hec est tercia pars
capituli in qua dominus discipulos consolatur
ex petitionum suarum exaudicione. Et procedit
in hac parte per hunc modum primo notatur domini
liberalis promissio et discipulorum consolatio
ibi Dicunt ei discipuli. Primum igitur distribu
itur. Primo notatur domini liberalitas ad promittendum
secundo temporis opportunitas ad petendum. Et no
tatur [illegible] opportunitas ad exaudiendum. Primo
notatur domini liberalitas ad promittendum sub
certitudine per quod dicit Amen amen dico vobis
Signum est certitudinis Si quid pecieritis
patrem in nomine meo dabit vobis Si quid
id est si aliquid istud aliquid est [illegible]
unde Augustinus Secundum quod aliud petit nichil pe
tit non quia res nulla omnino sit sed quia
in tantis rebus comparatione cuiusdam concupiscitur
nichil est. Ideo in canonica Jacobi Si quis in
diget sapientia postulet a deo qui dat omnibus
affluenter et non improperat. Usque modo
non petistis. Hic tangitur secundum scilicet opportunitas
temporis ad petendum quasi dicat non fuit
sed deinceps erit futura. Ideo dicit usque modo
non petistis quicquam in nomine meo Secunda
non erat tempus opportunum quia dominus erat
cum eis qui omnia dabat unde Jo. xvii Cum
essem cum eis ego servabam eos in nomine tuo
sed amodo venit tempus petendi ideo dicit
Petite et accipietis ut gaudium vestrum plenum
sit Secunda omnis vestra petitio ad illud gau
dium referri debet. Illud gaudium consistit in dotibus
anime et corporis. Ysaie ultimo Videbitis et gau
debit cor vestrum et ossa vestra quasi herba
germinabunt. Et quod tempus aptum ad petendum ad
venit patet quia usque modo nescierunt nec
cognoverunt a quo deberent petere sed modo cog
noscerent. Ideo dicit Hec in proverbiis locutus sum
vobis id est in similitudinibus unde j. Cho. iij Non po
tui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi
carnalibus sed venit hora cum iam non in proverbiis
loquar vobis non occulte sed palam de patre
meo annunciabo vobis. Hora ista erat tempus
missionis spiritus sancti. Illo die hec est in illo tempore
in nomine meo petetis quia tunc me et
patrem cognoscetis unde Jere. xxxi Non docebit
vir fratrem suum cognosce dominum omnes enim
cognoscent me a minimo usque ad maximum
et hoc fuit in tempore post acceptionem spiritus
sancti qui non tantum docebat sed etiam petere compel
lebat Ro. viij Spiritus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus id est postulare facit
Et non dico vobis. Notatur hic tercium scilicet
ad exaudiendum promptitudo quia pater
erat exaudire apostolos rogantes sine aliquo
intercessore medio. Ideo dicit Et non dico vobis
quia ego rogabo patrem de vobis Secunda non
oportet. Ipse enim pater amat vos. Et ideo li
benter exaudiet et voluntarius est. Secunda vos
me amastis. Jo. xiiij Qui diligit me di
ligetur a patre meo. Non solum amor erat
in causa sed etiam fides. Ideo dicit Et credidistis
quia a deo exivi et merito fidei merentur
exaudiri quia dicitur Mat. xxi Omnia que pe
tieritis in nomine meo credentes accipietis
Secunda ergo credidistis merentur exaudiri et
usque tunc sufficerat credere quod Christus a deo
deinceps oportebat credere quod rediret ad
deum unde ad fidem eorum perficienda subdit
Exivi a patre et veni in mundum Exivi per
eternam generationem veni per incarnacionem
Et hoc credidistis unde Jo. xvi Tu es
Christus filius dei vivi qui in hunc mundum ve
nisti. Iterum relinquo mundum per passionem et
vado ad patrem per gloriosam resurrectionem
unde cum resurrexisset misit discipulis suis
dicens per Mariam Jo. xx Dic fratribus meis
ascendo ad patrem meum et patrem vestrum etc
De hiis duobus dicitur in Ps. A summo celo
egressio eius etc. Dicunt discipuli. Post
quam posita est Christi promissio hic ponitur disci
pulorum consolatio que describitur hoc ordine
primo notatur eorum consolatio deinde quo
decipiebantur ponitur eorum instructio Et
quia vacillabat ponitur eorum confirmatio

primo igitur tangitur discipulorum consolacio
quam habebant de verbis domini quia iam intellexe-
rant et iam propter consolacionis promissionem
adeo credebant quod dicit Dicunt ei discipuli
eius Ecce nunc palam loqueris et proverbium nullum
dicis et ita venit tempus de quo dixit Venit
hora ut iam non in proverbiis loquar vobis
sed palam annunciabo. Nunc scimus quia scis
omnia et non est opus ut quis te interroget
Et ita venit hora de qua dixerat supra In
illo die me non interrogabitis quicquam. In hoc
credimus quia a deo existi quia omnia no-
sti supra vi nos credimus et cognovimus quia
tu es christus filius dei vivi. Solius dei est scire occulta
Ieremie xvii Pravum est cor hominis et inscrutabile
et quis cognoscet illud. Ego dominus etc. ¶ Respondit
eis Ihesus tangitur hic 2m scilicet discipulorum erudicio
quia enim ex premissis confortati credebant
se esse consolatos et in fide perfectos dominus
humilia sapere sicut supra fecit Petro
ideo respondit nisi eorum ut eos corrigat ideo dicitur
Respondit eis Ihesus modo creditis. iactantes
vos dicitis quod ex deo dixi Ecce venit hora et iam
venit ut dispergamini unusquisque in propria
quia unus cum alio non remansit nec fide nec
corpore Zacharie xiii Percute pastorem et dispergentur
oves Et me solum relinquatis Ysaie lxiii Tor-
cular calcavi solus et de gentibus non est vir
mecum etc. Sed hec solitudo non erat privacio
divini auxilii sed humani ideo dicit Sed et non sum
solus quia pater mecum est supra viii Qui me
misit mecum est et non reliquit me solum. Nec
est contrarium quod dicit in psalmo Ut quid dereliquisti
me. Quia intelligitur de exposicione ad penam
¶ Hec locutus sum vobis tangitur hic tercium scilicet
discipulorum confirmacio quia predixerat dispersionem
futuram subiungit confortacionem quia hec non
dixit ut desperarent sed ut pro fiducia pacem
haberent ideo dicit Hec locutus sum vobis ut in me
pacem habeatis. De qua Ysa ultimo Decli-
nabo super eam sicut fluvium pacis. Ad hanc pacem
non venitur nisi per pressuras ideo dicit In mundo
pressuram habebitis Actuum xiv Per multas tribula-
tiones oportet nos intrare in regnum celorum. In
huiusmodi pressuris non est desperandum ideo subdit
Sed confidite ego vici mundum. I Cor xv
Gracias deo qui dedit nobis victoriam per ihesum christum
Et non solum victoriam adipiscuntur credentes
in christum. I Io ultimo Hec est victoria que
vincit mundum fides nostra etc. ¶ Sed queritur
primo de hoc quod dicit Si quid petieritis patrem in
nomine meo dabit vobis. Contra supra eodem. Si
petieritis xiv et xv. Adhuc ut veniat
ut supplicium ergo si in nobis christi nichil fuit
supplicium quare totiens dicit. Item quidam
videtur falsum quia paulus petiit stimulum amoveri
a se et non obtinuit II Cor xii. Item tota
die videmus quod sancti petunt et tamen non exaudiuntur
quid est ergo quod dicit Si quid petieritis etc. ¶ Videtur

quod ad hoc aliqua oracio sit digna exaudicione
requiritur quod orantis sit dignus sit assiduus
quod petat quod sit ad salutem quod petat pro se huius
condicionibus concurrentibus intelligitur promissio
et tunc non fallit quin exaudiatur. Ad hoc autem
quod sit dignus necesse est quod habeat fidem spem et
caritatem ideo ter ista promissio facta est
primo in vero fidei 2o caritati et idem tercio
spei. Ad hoc quod sit assiduus necesse est quod plu-
ries petat ideo pulsiones repetuntur si quod
peccaverit ut ondet instanciam idem esse pe-
tendum. Tercium est quod petitio sua sit salutaris
ideo quod dicit si quid petieritis in nomine meo
quod hoc est in virtute nominis quia ihesus salvator
petere ergo in nomine ihesu hoc est petere quod est ad
salutem. Et ideo paulus non fuit exauditus
quartum pro se ideo dicit dabit vobis non dicit
dabit aliis sed nobis ¶ Secundo queritur de hoc quod dicit
quia dicit supra xiii vobis datum est nosse
misteria regni dei ceteris autem in parabolis ergo non de-
bebat discipulis suis loqui in parabolis
in proverbiis tamen quod loquitur in proverbiis quia
statim sequitur Ecce palam loqueris et proverbium
nullum dicis ergo ante discipuli dixerunt falsum ut
dicitur. Item cum ipsi haberent modicum intellectum
dominus quare in proverbiis et occulte eis loquebatur. Videtur
quod necesse esset amittere tempus. Videtur quod proverbium
aliquando dicitur dictum parabolicum aliquando dicitur
obscurum sicut dominus in sermonibus parabolice
loquebatur turbis sed nichilominus discipulis
loquebatur in obscuris sermonibus turbis quidem
in parabolis ut videntes non videant apostolis
in obscuris sermonibus ut intelligentes per modum
magis doctrina placeat sicut dicit Augustinus
in libro de doctrina christiana. ¶ Quod ergo dixerunt discipuli
quod palam loqueretur dixerunt tamen non intelligentes
quod palam loqueretur quia credebant se iam intelligere
et hoc quia credebant se ... intelligere
non intelligebant. ¶ Ad obiectum quare dicebat
discipulis ea que non intelligebant. Videtur
quod tunc aliquando cogitabat sed per modum
quod aliquid christi postulat
paruit tamen sancti qui nobis christi postulat
etiam videlicet sicut quis magis diligit
aliquid occultum quam intelligit quam si omnino
apertum esset. ¶ Item queritur de hoc quod discipuli
dicunt Nunc scimus quia scis omnia pro quo
sciebat discipuli quia dominus sciebat omnia
Item quid est quod sequitur Quia non est opus
ut quis te interroget. Immo tanto
utilius est quia si scit omnia tunc est bonus
doctor et talem debet unusquisque querere. Videtur
quod ideo sciebant quod ipse sciret omnia quia non
erat opus ut quisque eum interrogaret
exprimendo suam dubitacionem. Ipse enim sci-
ebat de quo hoc dubitaret. Et hoc quidem sci-
re non poterat nisi esset scrutans corda et deus
et ideo omnia sciebat et quia non erat opus
ut quis ei aperiret suam dubitacionem
sciebant per hoc quod ipsi sibi dubitavant

de hoc q dixit modicu z ipe expta
bat interrogacoz sz pcognouit que vo
lebat eu interogare i satisfecit Io mo
dicu unt scime zc S3 hec locut e i

17 # Hec locutus

Supra dns discipulos confortauit xpo
z erudicoe ubo hic confortat eos
oronis subsidio z hoc facit i puti ca
in quo po z ord z h9 pmo ca pt
ponit prima dns 8 petit claritat ma
nifestacom in 2a petit discipulis salutat
consuacom ibi pr manifestaui nom tuu
In 3a credituris apostolos petit conformi
tate ibi no p eis tm rogo In 4ta tu
dns qui illis pernitate glorie ibi pr
quos dedisti michi pmo igr 8 petit
claritatis sue maifestaoz hc ordine pmo po
orandi modus 2o peticois fructus 3o
exaudiendi racio io ipa peticio Petedi
igr modus i insinuatur i h q xps deuote
petebat z instanter inq signu oclos ad
celu leuabat io dicit Hec locutus
e ihs que pdicta sut z subleuatis oculis
i celu ppt deuocom S xi Ihus sursu
eleuatis oculis pri dixit gratias a
g a m ps Et leuaui d m q i h
tre mi leuem corda nra cu manib
ad deu no solu deuote sz eciam humilr
ut segui dixit pr dcm vocat pre
qua ipm honorat ut prem S mi Io
nonfito pr me z uos i honorastis me
pete z discrete io dr Venit hora cla
rifica filiu Discrete petebat qua tuc clarificari
petebat qn oportunitas temporis adueni dr
hac hora supe dictum e supra xi z sibi
no du uenit hora mea Io clarificari p
miracula volebat sz cu hora hec uenit
clarificari petebat Insii igr mo orandi
informari ut nos oemus deuote humilr
z discrete Et ut filius tuus clarificet
hic peticois fructus z hic e duplex s
diui nominis manifestacio z nra glorificacio
pr manifestacoz diui nominis dr ut filius
tuus zc Ita pr clarifica me ut filius
tuus clarificet te qua ppt hoc mouebat
S xii pr clarifica nome tuu Alius
fructus e nra glificacio ppt qd dr Sicut
dedisti ei ptatem ois carnis i ordie
q dedis ei ptatem ois carnis ad sal
uanda oem carne qz ultio data e
m omis ptas i celo zc Et hc ad salute
ut omne qd dedisti ei s ppdestinacoem
S det eis vitam etnam pr glorificacoem
de pomi S vi hec e uoluntas pris
mei qui misit me ut o q d n pr
no p ex ecm Explanat qsit vita
ista etna Hec e aut inqnit vita etna

ut cognoscant te solu deu veru z que mi
sisti ihm xpm iu ex xv Bn uiri tui z bn
sui tui h qui stant cora te sp z audiut
sapiam tua nosse tne consumata e iusticia
quia scire iusticiam tua z uirtute e radix i
mortalitatis Et io vite etne Sa xv Scia
no e aliud qm iusticia consumata Ego
te clarificaui Nota h 3m s exaudiendi ro
z hec erat iusti xpi quo mereba clarificari
siue glificari io dicit Ego te clarificaui sup
tera ppt hc merebar clarificari Opus
consumaui qd dedisti m ut faciam iusticia io
consumauit qua usq ad morte obediuit Luc
xii Baptismo habeo baptizari z que co
artor usqz du pficiat dechar consuatoe Heb
v Decebat eu ppt que omia z p que oia
qui multos filios adduxit i gliam auctore
salutis eor p passionem consumare Et hc totu
fecit io exaudiri debuit Et nc cla
rifica pr S3 hec tan 2 pr s ipa peticio qua
petit claritatis sue manifestacoz ppt quod
dr Et nc clarifica tu me pr apud temet
ipm claritate qua habui pus qm mundus
fieret apud te i illam claritate manifesta
ut sicut abeterno fui coequalis cu qm mudus
fieret ita sit alijs manifestu Ph ij S e dni
Ego clarificat sum meis i apostolis q ipi
credebant ipm equale pri sup xiiii ut
credimus quia adeo exysti S 10 Ubu erat
apud deu s equale deo z deus erat ubum
Circa hoc q filius orat q si orat e
i digens z i potens z filius omia pr go
no dz orare Sol ut dictus e orat fm q ho
hc nichil e cr quidq merit h abinstati
conceptionis Sunt Ex xps orauit fm
q homo sedm qm naturam humana no oia potat
z si dignus erat pgram nichil i pcedebat
hoc ipm meri pliona opa q paciendo
z orando meruit glificari sz no fuit dei i debito
debiti facere si debito vnomo fac debitu
plurib Ista quit dechar peticoe Pater
clarifica ul glorifica filiu tuu qz S viii
Ego gliam mea no quero go no debat pe
te ppam glam ul ppam claritatem Sm sed
qm naturam h petit Sedm diuinam no qr
dicit paulopus clarifica cla qm habui
pusqm mudus fieret qz no potuit e sedm
humanam naturam Ad pmu de ipe clarite
quebat ut exilla glorificacoe deus vnde
addidit ut filius tuus clarificet te Et hc no
e quere ppam gliam ppam aut gliam
quit qui laudem sua sibi quit no referendo
eodem vel dd q ipe no querebat gliam ab
hominib qua leuia e hado Ad qui sed
qm naturam h petit dicit hene exm q filius
no fuit an mudu z sedm i qm naturam orat
quia minor e pre h dicebat z anng sz ang
dr q hc inte Sm humanam naturam z e expo
nendum claritate qm habui ap te s pdestinacoe

Vm tu .1o predestinatus e filius dei i virtute
Alie dd'm quod differt qm petit et qn petit su
agno mis quia petit vel orat sim quod hinc di
i flor e et impotentis sz qn petit hoc est dupli
aut petit pro inope ut emit i dignaa supplet
ut tu eo peto petion aut petit sibi i alijs
ut eis gla manifeste Et sic eo possim aliqui
petere deo deus mai dd'. cu honorifica pe Dico
ligo quod tu qui sim qm nam petebat Si quas
dico quod petit sim quod petit Dico quod sim h'nd in
Si quidas qn petebat dico quod sim dinam xpi
me dixerat in ppropitiasim dininam eclesiem
pri abetno ipsi equalitate manifestam pe
tebat Ait Sicut dedisti
michi potestatem omnis carnis l'tra ait ulto
dici quod post resurrectionem data e Item si dedit
potestatem omnis carnis et ipse dat omnibus dedit
exemplum quod non est curandum de sepultura. Et enim
dum viveret despexit ignominiam corporis, non
curavit. Ostendit post mortem multo minus esse
curandum de vilitate corporis exanimis.

Una autem sabbati

Egit supra evangelista de hiis que spectant
ad domini incarnacionem et passionem; abhinc loco
usque in finem agit de hiis que spectant ad
domini resurrectionem. Agit ergo in hac parte de
manifestacione resurrectionis. Et quia hanc
manifestacionem premittit discipulorum sollicitudo
et secuta est inde instructio sui fidei certitudo,
ideo in hac parte sunt 3 partes secundum quarum prima
describitur sollicitudo discipulorum et mulierum quibus
se manifestavit. In 2a describitur ipsa ma-
nifestacio ibi: Abierunt ergo discipuli. In 3a
nostre fidei confirmacio ibi: Hic est discipulus ille.
Prima pars dividitur: quia enim dominus corpus suum
redimebat et utrisque se manifestare volebat
premittitur non tantum sollicitudo virorum sed et
mulierum. Ideo primo ponitur sollicitudo marie,
deinde discipulorum ibi: Exiit ergo petrus. Sollici-
tudo marie ponitur et in vigilancia adveniendi
et diligencia advertendi. Vigilans quippe
ad requirendum fuit quia summo diluculo venit.
Ideo dicit: Una autem sabbati, scilicet die dominica, que una
id est prima dies sabbati, id est septimane secundum id Luce
xviii: Ieiuno bis in sabbato. Sabbatum quo-
que dicitur septimus dies Exodi xx: Memento ut diem
sabbati sanctifices. Maria magdalena venit mane,
tamquam sollicita videre domini corpus, et ideo non
expectavit diem, et ideo addit: cum adhuc tenebre
essent, ad monumentum. Crisostomus: Quia omnino erat
ingenti amicabilis affectus, quia sabbatum
transiit non potuit quiescere, sed venit diluculo
perfundo ad monumentum aliquo mitigacionem
querenda invenire volens. Et venit mane
ideo invenit, prius vidit cum mane vigila-
vit ad inveniendum, invenit mirum. Et videt

lapidem. Hic nota diligencia advertenti
quando intelligit quod ipsa monumenti apercione refert
discipulis ibi: Et vidit lapidem revolutum. Ista
remocio lapidis signata fuit Iudicum xvi
ubi dicitur quod sampson apprehendit ambas fores
porte cum postibus et seris etc. Currit ergo
et venit ad symonem petrum qui precipue inter
alios Christum diligebat. Et ad alium discipulum
quem diligebat Ihesus, scilicet ad Iohannem, qui se non
nominat pro humilitate. Et dicit eis: Tulerunt
dominum meum de monumento. In greco additur meum
ad expressionem affectus. Tulerunt vel Iudei
vel custodes et nescio ubi posuerunt eum. Quod
erat ei causa maioris doloris, quia enim eum
adhuc carnaliter cognoscebat et amabat
ideo carne eius subtracta sibi nulla consolacio
ei remanebat. Exiit ergo petrus. Hic
nota sollicitudo discipulorum et in velocitate
currendi et in curiositate considerandi ibi: Et
cum inclinasset. Sollicitudo igitur fuit quod audito
quod sublatus esset velociter venit. Ideo dicit:
Exiit ergo petrus et ille alius discipulus et v-
enit ad monumentum. Hec dicitur per anticipacionem;
hic accipit id est ut venirent ad monumentum
et velociter veniebant, ideo dicit: Currebant
duo simul, scilicet velociter. Sed in hac velocitate dis-
paritas, ideo: Et ille alius discipulus precucurrit
cicius petro et venit prior ad monumentum. Ideo velocius
quia comprehendere volebat. Ad Cor. ix: Omnes
in stadio currunt omnes quidem currunt etc.
Vel quia iunior erat et cicius currere poterat
vel quia mundior erat fervencior. Sed tamen petrus
fuit in considerando diligencior. Ideo sequitur
disparitas in diligencia consideracionis. Et cum
se inclinasset vidit lintheamina posita,
non tamen introivit, et sic in currendo fuit velocior
sed in consideracione remissior. Petrus autem econtrario.
Ideo dicit: Venit ergo simon petrus sequens eum
et introivit in monumentum, non contentus tamen ex-
terius aspicere ut iohannes et visitavit et illud aliud.
xix: Erunt primi novissimi etc. Et vidit linthe-
amina posita separatim et sudarium quod fuerat
super caput eius non cum lintheaminibus positum,
sed tamquam hec gestum esset per festinacionem, sed se-
paratim involutum in unum locum. Lintheamina ad
cooperiendum corpus, supra xix: Acceperunt
corpus ihesu et ligaverunt id lintheaminibus. Su-
darium ad operiendum faciem, supra xi: Et fa-
cies eius erat involuta sudario. Et sic
omnia diligenter respexit, antequam iohannes
qui eum precesserat sed tamen indiligenter consideraverat
sequitur et iohannes, unde dicitur: Tunc ergo et introivit
et ille alius discipulus qui venerat prius
ad monumentum, scilicet ex verbo petri, et vidit scilicet quod predicta
fuerat et credidit. Istud exponitur secundum Crisostomum
aliter secundum augustinum. Crisostomus exponit: cre-
didit eum scilicet resurrexisse, et argumentum huius
exhibet quod si aliquis surripuisset non sic omnia

ordinate reliquissz que erant magis
utilia quam corpus. Aug' autem aliter exponit
credidit scilicet corpus sublatum sicut mulier
dixerat et hoc probat per literam sequentem, non dum
enim sciebat scripturam quia opportebat eum
a mortuis resurgere id est non credidit resurre-
xisse sed sublatum esse. Nisi si volumus tenere
expositionem Crisostomi litera sequens sic formatur
quia ante non credebat non dum enim sciebat.
Sed quare hic primo cum aliis mulieribus cum
magdalena venisset ad monumentum propter quid tamen
de ea loquitur Ioh. Unde Aug' in libro 3° de con-
sensu euangelistarum Maria inquit magdalena ceteris mulieribus
que domino ministraverant plurimum fervencior erat
propter quod sola non immerito commemoravit Iohannes
tacitis aliis que cum ea fuerunt sicut alii testantur
Item queritur de hoc quod dicit Mathei venit ad
monumentum quod vltimo dicitur quod vespere venerunt
videre sepulcrum. Unde Aug' dicens quod vespere
sabbati idem est quod nocte sabbati. Et hoc probat
quia ita debet intelligi per literam sequentem que
lucescit in prima sabbati quia si non potest
solum noctem initium intelleximus sed vespera
per sinodochen nocte datur intelligi que luce
incipit finiri. Alii dicunt quod id dictum est
quia vespera preparaverunt se emendo aromata
sed mane diluculo venerunt sicut dicit Ioh.
Item quod est quod dicit Cum adhuc tenebre
essent quia dicitur orto iam sole. Re-
spondet dicit Aug' in libro de con. euang. Pre-
venit magdalena primo aliquam noticiam discipulos
et postea iterum rediit et primo venit cum ad-
huc essent tenebre post cum sol lucescit.
Item queritur de hoc quod dicit vidit lapidem
remotum cum nomine maiorem sicut finxissz eo
clauso exire aut quod sic dicitur quod dominus surrexit
clauso monumento et illud apertum est per modum
ab angelo. Crisostomus Surrexit quidem et lapide et
signaculo in iacentibus ipsius quia non oportebat
alios certificari aperitur monumentum post
resurreccionem et ita creditur quod factum est. Item
queritur quare hic quod isti soli currerunt et alii non
dicendum est quod ut quia soli relatum est vel
sicut dicit Greg' illi precipue cucurrerunt qui
precipue amaverunt. Item cum licet vltimo dicatur
quod petrus iuit ad monumentum tamen de petro lo-
quitur quod est quod iohannes hic duos cucurrisse dicit
Item quare necessitas erat quod iohannes hic de se
faceret mencionem videtur quod melius fecisset
tacendo. Unde Aug' in 3° libro de con. euang.
et lucas petro solum commemoravit quia illi
magdalena primo nunciavit et tamen ipse vtroque
commemorat. Unde cleophas dixit abierunt
quidam ex nobis ad mo. etc. Ad aliud quod queritur
quare de se facit mencionem duplex est ra-
cio vel quia volebat petro se preponere
ut petro laudaret semper humiliaret quia
cum ipse prior venisset posterior introivit

Allegorice vero quia primus venit populus
iudaicus per prophetas senciores gentilis Io-
hannes prius cucurrit sed non introivit quia
iudeus prius legem suscepit sed non credidit
gentilis vero tardius veniens credidit. Et
Abierunt ergo. Supra egit de spoliacione
hic agit de manifestacione. Et est manifestacio
duplex scilicet prima facta est vero duas hic partes
in duas. In prima agit de manifestacione facta
mulieri. In secunda de manifestacione facta discipulis
ibi Cum ergo sero factum esset. Manifestacio igitur facta
mulieri secundum ordinem describitur primo in summa ma-
rie desolacio secundo desolate offertur consolacio
ibi Dominus quo fleret etc. tertio noluit consolari
offertur manifestacio ibi hec cum dixisset. Quarto de
manifestacione publicata super datur. Venit
ibi dicit ei ihesus. Primo manifestacione sine
apparicionis relacio ibi Venit maria magdalena.
In summa ergo vehemens marie desolacio que
in dolore quieta non sinebat recedere a sepul-
chro et aliis discipulis recedentibus. Vero dicit
Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos
id est ubi habitabant prius quam ad monumentum venerant
quia aliquam receperant consolacionem. Maria
autem stabat ad monumentum foris. Nam illa
saxea sepulchri locum rependerant macebat
id est innitebatur eo. Et id est rependerant pus-
dico ut etc. Celso. in oracione in statibus
vigilates in gutis accone plorans. Aug'
Oculi qui dominum quesierant et non inveniant
in lacrimis vacabat et plus dolebat mulier
quod fuerat dominus ablatus de monumento quam quod fuerat
occisus in ligno. Et nondum quod maria flevit
compaccione licet vel flevit compassione
super vel ihesus ergo ut vidit ea plorantem etc.
flevit devocione ut hic vel in eo fuit
michi lacrime etc. Dum ergo fleret. Hic de-
solate consolacio offertur in visu et in affatu
sed ipsa in neutro consolatur. In visu consolacio
in aspectu angelorum unde dicit Dum ergo fleret
quasi desolata inclinavit se et prospexit
in monumentum ut saltem ex aspectu loci conso-
lacionem aliquam reciperet sed maiorem recepit
desolacionem. Inclinavit se per humilitatem. Iob
xxii cum humiliatus fuerit erit in gloria et
qui inclinaverit oculos suos ipse salvabitur etc.
Vel Et vidit duos angelos in albis se-
dentes id est in albis quia mundicie vigueant
splendorem vere sobrietatis vel Vnus
vnum ad caput et vnum ad pedes vbi po-
situm fuerat corpus ihesu. Greg' Exponit
quare sic positi erant. Ille magistra compassione
annunciandus erat qui deus est ante secula et
homo in fine seculorum quasi ad caput sedet
angelus dum per apostolos predicatur quia in principio
erat verbum quasi ad pedes cum dicitur verbum caro
factum est et sic facta est ei consolacio ex visu.
Licet vltimo quod mulieres ex nobis terruerunt nos

que dicit eis/ non solum consolari eam venit
in visu sed et in affatu angelorum unde dicit
dicunt ei illi mulier quid ploras/ quasi dicat noli
flere non enim erat ~~xpo~~ fletus sed gaudium quando
resurgente sed in consolatum remanet eam suus
dolor/ revolvens dicit eis quia tulerunt
dominum meum/ id est corpus xpi [illegible]
dicit Et nescio ubi posuerunt eum Augustinus sed
erat maior eius dolor/ quia nesciebat ad
quo iret ad solandum dolorem suum unde poterat
dicere id Ps. Renuit consolari anima mea/ Item 3o Tr. Ideo
ego plorans et oculus meus deducens aquam
quia recessit etc. ¶ Hec cum dixisset/ hic
voluit consolari sic ~~[illegible]~~ manifestare primo se
manifestat sensibus corporis deinde ~~[illegible]~~
mentis [illegible] sensibus corporis visui
pass[illegible] tum et auditui prolloquio
quia [illegible] apparet ergo primo ihesum
unde dicit Hec cum dixisset Ergo que videbat se
nolle consolari conversa est retrorsum et vidit
ihesum stantem/ id est conversa est quia amor non
sinebat consistere uno modo sed modo illuc
inspiciebat unde dicit Crisostomus ~~xpus~~ silentio
post ipsam apparens obstupefecit angelos
et illi motu et signo ostenderunt se aliquid
magnum vidisse et sic mulierem converti re-
trorsum et vidit ihesum stantem oculis corporis
non cordis unde et nesciebat quia ihesus esset
¶ Et manifestavit se prospectu/ manifestavit se ei
et prolloquio unde dicit ei ihesus mulier quid
ploras/ quasi dicat noli plorare quem queris illum
querebat quem et sponsa Can. iii. In lectulo
meo quesivi per noctes quem diligit anima mea
quasi dicat non debes eum ut mortuum querere quia
resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non
dominabitur Ro. vi. Sed ut adhuc prolloquio recognosci-
tur unde dicit Illa existimans quia ortulanus esset
quia sic diluculo veniret in ortum dicit ei domine
si tu sustulisti eum/ ihesum non fecerat mentionem de
ihesu cui cum quo loquebatur et sic dicebat eum
quia sicut dicit Gregorius hoc agere solet vis
amoris ut quem ipse cogitat nullum alium
ignorare credat Dicito mihi ubi posuisti
eum et ego eum tollam/ non ei sufficiebat videre
nisi eum tolleret/ sicut id Cant. iii. Tenui eum
nec dimittam donec introducam in domum matris
mee et in cubiculum genitricis mee ¶ Ideo tollere
eum volebat Dicit ei ihesus/ Manifestavit
se sensui eius exteriori hic se manifestat
interiori ipsam nominatim nominando unde
dicit ei ihesus Maria Gregorius Postquam eam
communi vocabulo appellavit et se non agnitus
non est vocat eam nomine ut eum recognoscat
a quo recognoscitur conversa illa/ scilicet per intellectus
applicationem Apoc. i. Conversus sum ut vi-
derem vocem que loquebatur mecum Dicit ei
Rabboni quod dicitur magister/ conversa non est corpore
quia prius erat corpore conversa sed corde unde
Augustinus Tunc ergo conversa corpore quod non erat
putavit ut corde conversa quod erat agnovit

recognoscens autem eum vocat eum magistrum
quia sic conveniat eum vocare/ supra xi. Dixit
~~[illegible]~~ Martha Marie adest et vocat te ¶
¶ Dicit ei ihesus/ Hic Marie cognoscenti in signum
manifestationis publicatione/ et primo eam
corrigit/ 2o ad annunciandum mittit Corrigit
inquantum dixit noli me tangere/ et rationem reddit
non dum enim ascendi ad patrem meum ¶ Sed sed
[illegible] videtur hec falsitatem et dubietatem quia aliquis
evangelista dicit quod accesserunt mulieres et tenuerunt
pedes eius Item que ratio est ista non dum enim
ascendi ad patrem primo hec est ratio quare tangere
debuit quia si ascendissem non posset tangere
Propter hec ista littera multipliciter exponitur Augustinus exponit
de tactu cordis sive fidei/ unde dicit noli me
tangere/ id est noli me sic credere quemadmodum
adhuc sapis quod enim non carnaliter adhuc in
eum credebat que flebat sicut hominem et sic
dicit sequens littera/ non dum enim ascendi ad patrem
meum/ id est ad patris equalitatem in corde tuo ¶
¶ Secundum Gregorium intelligitur de corporali tactu/ sed hic
duobus non prohibetur nec dicitur quia tactu honorunt
feminarum eum sic accesserunt mulieres et te-
nuerunt pedes eius Et inquantum noluit
ipsam in dignitatem adtangendum ostendere tamquam
non recte credentem vel plene/ et sic probat per
litteram sequentem non dum enim ascendi ad patrem
meum in corde tuo/ nec ihesus ostendit ad patrem
eum equalis credidit patri ¶ Secundum Crisostomum intelligitur
de tactu carnali et dicit non prohibetur se tangere
sed innuit se cum reverentia magis/ quia cum erat
passibilis esse tangendum et sic indicat re-
sequens quia dicit non dum enim ascendi
sed ex proximo me ad ascendendum/ et ideo non sum
vobiscum ut prius ¶ Potest et aliter exponi
quia Maria fuerat erat videre dominum unde et
diligentissime quesierat volebat in oscula
pedum ruere et eum non dimittere/ sed duo ea
[illegible] omnes hic non esse locum fruicionis
et tactus est sed eum prebere unde dicit noli me tangere
id est tangendo me hic frui velle/ non dum enim
ascendi ubi est locus fruicionis ubi in eternum
fruitura es sed nunc sequestrari corporaliter
unde et statim eam mittit ad annunciandum quod videat
Vade ad fratres meos apostolos scilicet Degimus
Ps. Narrabo nomen tuum fratribus meis etc. Et dic
eis hic est annunciatio eius veritate resurgen-
tis hic est dignitate glorificationis quia
iam erat idoneus in excelsa/ id est Et dic
eis Ascendo/ Ephe. iiii. Qui descendit
ipse est qui ascendit super omnes celos Consistit
etiam veritas eius in excellentia dimittit
unde dicit Ad patrem meum et patrem vestrum non eodem
modo meum quo vestrum unde Gregorius Meum
per naturam vestrum per gratiam/ consistit etiam veritas
resurrectionis in excellentia humanitatis et
hec tangit eum dicit Deum meum et Deum vestrum
Augustinus Deum meum sub quo ego homo sum
Deum vestrum inter quos et ipsum mediator sum

Venit ergo maria magdalena. Hic notatur quartum,
quartum scilicet manifestationis relatio facta a magda-
lena dicit Annuntians discipulis quia vidit
dominum et hec dixit michi. Sicque facta sunt
certiores. Annuntiat et visionem et verba ut in utroque
certificarentur. Sed queritur hic de ordine istius
manifestationis. Si enim discipuli digniores
erant, videtur quod primo eis deus apparere debebat,
et item discipuli docere mulieres quam mulieres
discipulos. Dico quod hoc fuit ex ordine divine
dispensationis. Unde dicit Gregorius quod in paradiso
mulier viro propinavit mortem, a sepulchro
mulier viris annuntiat vitam et dicta vivificatoris
narrat, que mortifera serpentis verba narra-
verat. Item ubi solicitudine quia discipulis
recedentibus mulier remansit afflicta et deso-
lata, et ideo eius meruit apparitione dominica conso-
lari et refici. Item queritur cum petrus dominum
tantum fuerit diligens quare non remansit ad mo-
numentum plorans sicut maria sed recessit. Dicendum
quod compassibile quodammodo est muliebre
genus, et ideo non mirum quia maria amare
flebat ad sepulchrum. Petrus vero nichil tale
compassus est. Alii sumunt rationem a parte fidei
quia enim mulier minus de resurrectione
sperabat, ideo magis de sublato corpore dolebat.
Petrus autem etsi non plene tamen aliquomodo
considerabat. Unde dicitur in luca quod abiit secum
mirans. Alii sumunt rationem a parte amoris,
quia propter hoc vehementius discipulis ardebat
et fervidior erat, ideo et solicitior estuabat.
Item queritur de hoc quod dicit quod dum maria fleret
inclinavit se et prospexit in monumentum. Ad
quid respiciebat cum nomen ipsum ibi non esse
sciebat. Dicendum Gregorius: Amanti semel aspe-
xisse non sufficit, quia vis amoris inten-
tionem multiplicat inquisitionis. Et Augustinus dicit
quod quia vehementer amabat ideo nec suis nec
illorum oculis putavit facile esse credendum.
Item queritur de hoc quod dicit quod post recessum
discipulorum vidit angelos, quia dicitur Luce ultimo
quod mulieres retulerunt apostolis quod viderant
angelos et tunc dicitur quod discipuli iverunt ad
monumentum. Dicendum Augustinus in 3° de consensu evangelistarum
quod lucas ibi dicit precipitationem. Tunc enim
cucurrerunt ad monumentum cum tantum annuntiatum
fuit de corpore ablato. Et post hoc est de
visione angelorum quam postmodum retulerunt.
Item dubitatur quia Marcus xvi dicitur de uno
solo angelo introeuntes in monumentum vide-
runt sedentem in dextris etc. Item ibi dicitur
mariam intrasse, hic tamen inspexisse. Dicendum
Augustinus in 3° de con. e. Prima in die sabbati
in die diluculo venerunt mulieres
ad monumentum sicut omnes evangeliste narrant.
Et ut viderunt lapidem sublatum quem de-
signavimus inspicientes cucurrerunt et nuntiaverunt
petro et iohanni qui cucurrerunt ad monumentum
et postea reversi sunt. Maria quidem cum aliis
stabat ad monumentum foris plorans in an-

gustum saxo sepulchri locum. Sed cum intus
in spatium quo iam illi ingressi fuerant tunc
viderunt angelum sedentem in dextris super la-
pidem revolutum a monumento. De quo an-
gelo narrat Matheus et Marcus. Tunc dixit eis nolite
timere etc., que dicit Matheus et Marcus. Ad hec verba dum
maria fleret inclinavit se et prospexit in
monumentum sicut hic dicitur, ubi vidit duos
angelos sedentes in albis, qui dixerunt ei mulier
quid ploras. Et tunc intelligendum quod angeli
resurrexerunt et steterunt sicut luce dicit quod
duo viri steterunt iuxta illas in veste
fulgenti. Unde solummodo contrarietas excluditur quod unus
dicit et alter obmittit. Et excluditur quod alter vocat
monumentum illud spatium ante sepulchrum
maria, monumentum Iohannes vero ipsum locum
in quo erat corpus ihesu. Item queritur de hoc
quod dominus se statim non manifestavit mulieri
in propria effigie sed visus est quasi ortulanus.
Dicendum Gregorius et vero huius erat modus que-
rendi marie quia enim maria amabat
et dubitabat videbat et non cognoscebat.
Filius autem reddit vocem quod hoc erat magister.
Attendendum eam vero dicitur o delectabile pi-
etatis spectaculum ipse qui queritur et desideratur
occultat se et manifestat. Occultat se ut ar-
dentius requiratur et requisitus cum gaudio in-
veniatur et inventus cum solicitudine teneatur
et retentus non dimittatur. Item queritur
utrum maria christum crederet esse deum. Et quod sic
videtur, quia supra xi dixit martha Tu es
christus filius dei vivi etc. Etiam quod fuissent
remissa ei peccata sine fide. Sed contrarium
videtur dicere Gregorius et Augustinus super id noli me tangere, ascen-
dendo ad patrem meum sicut expositum est. Dicendum
quod maria ante passionem christum deum esse credebat
et vehementissime eum in carne amabat. Et
ideo in passione tantum dolorem concepit ut iam
absorpta non nisi de passione et morte co-
gitaret et iam non recoleret opera maiestatis
sed penas humanitatis. Item quid est hoc quod dicit
ascendo ad patrem cum pater sit ubique. Dicendum quod
talis mutatio facta fuit vel futura erat secundum quam esset
equalem patri in potentia, ideo dicitur ascendere etc. vel ad
locum ubi pater magis manifestatur in suis operibus,
unde dicitur sedere ad dexteram in potioribus bonis.
Cum ergo sero esset die illa. Supra egit de
manifestatione facta mulieribus, hic agit de
manifestatione eius facta discipulis. Et sunt in hac
parte tres particule secundum tres manifestationes
que diversificantur quantum ad modum manifestandi et
quantum ad rationem. Quantum ad modum una prima est
passiva, 2a palpabilis, 3a [illegible]. Primo enim
se ostendit, secundo palpabilem se exhibuit, 3° co-
meditantem. Quantum ad rationem erat manifestandi
una primo mutatur se ad removendum incredulitatem
omnium discipulorum, 2° ad removendum incre-
dulitatem Thome, 3° vero ad confirmationem

discipulis in pr° et in capi 2ª manifestacio
ibi Et post dies octo 3ª ibi p(os)tea manife
stauit se Jn p(ri)ncipio ult(imi) capitul(i) Jn p(ri)ma ma
nifest(aci)o(n)e tangitur p(ri)mo c(ir)ca ip(s)a manifest(aci)o 2m
ad manifest(aci)o(n)em (con)sequens discipulor(um) missio ibi Si(cut)
ergo dixit eis 3m i(n)cidens alt(er)ius manifest(aci)o(n)is occasio
que fuit absencia thome i(bi) thomas aut(em) Jp(s)a ergo
manifest(aci)o hic ordine describitur ponit(ur) enim quorum
q(ue) ip(su)m declarant p(ri)mo discipulor(um) (con)gregacio 2m
x(rist)i apparicio 3m apparent(is) allocucio 4m p(ost)q(uam) al
locucionem sui ostensio 5m p(ost) ostensionem discipulor(um)
(con)gratulacio P(ri)mo ergo discipulor(um) tangitur (con)gregacio
q(ue) erat (et) p(ro)pt(er) tempus q(ui)a sero (et) p(ro)pter iudeos q(ui) eos
p(er)sequebantur io dicit
Cu(m) ergo sero esset die illa
s(cilicet) die dominico i(n) q(ua) apparuit
magdalene vna sabbator(um)
q(ui)a i(n) illis diebus sabba
tizabat iudei (et) comedunt azima Et fores
essent clause ad sui tuicionem vnde dicitur vbi erant
discipuli (con)gregati p(ro)pter metum iudeor(um) io sil(ent) i(n)fra
clausi iam non (con)ueniant Et p(ost) dignum erant
quibus d(omin)us apparuit s(ecundu)m id ac(tuum) xviij vbi s(un)t
duo vel tres (et)c(etera) Cu(m) i(n) q(ua) ita esset Venit
ih(esu)s (et) stetit i(n) medio discipulor(um) h(ic) no(tatur) 2m s(cilicet)
d(omi)ni apparicio io stetit i(n) medio vt se mediatore(m)
(et) reconciliatorem esse ostend(er)et s(ecundu)m p(ro)p(ter) io medius
autem vestrum stetit quem vos nescitis de hoc c(ontra) iudeis
Jpse est ei sicut d(icitur) ephe. ij. est pax nostra q(ui) fecit
vtraq(ue) vnum (et)c(etera) io seq(ui)tur Et dixit eis pax
vobis hic notatur 3m s(cilicet) benigna allocucio i(n) qua
allocucione ipsos (con)fortauit vnde luc(e) vltimo dixit
eis pax vobis nolite (et)c(etera) Cu(m)q(ue) voce sua
fluctuantem mentem d(icit) pax vobis h(oc) e(st) ne
tumultuem p(ro)ph(et)a vltimo pax dei q(ue) exsuperat
omnem sensum (et)c(etera) Et cu(m) hec dixisset ostendit
eis manus (et) latus hic no(tatur) 4m s(cilicet) x(rist)i ostensio i(n)
qua ostendit se eundem esse qui passus fuerat non
tamen i(n) sp(irit)u s(ed) i(n) corpore Et io ostendit manus (et) latus
i(n) quibus fuerunt vulnera (et) cicatrices remanserunt
vnde luce vltimo videte manus meas (et) pedes m(eos)
q(ui)a ego ip(s)e sum (et)c(etera) Gauisi sunt ergo discipuli
viso d(omi)no hic tangitur q(u)i(n)tu(m) s(cilicet) discipulor(um) (con)gratulacio
ex aspectu d(omi)ni quod gaudium p(ro)misit eis d(omi)n(u)s
supra xvi Jterum videbo vos (et) gaudebit cor vestrum
Dixit ergo eis iterum hic tangitur 2m s(cilicet) ad manifestacionem
(con)sequens discipulor(um) missio Jn qua tria
i(n)uenit circa q(ue) d(omi)nus mittendis discipulis
contulit s(cilicet) ydoneitate(m) auctoritate(m) (et) p(o)t(est)atem
ydoneitate(m) cum pace tribuit vnde dicit Dixit
ergo eis iterum pax vobis i(d est) tranquillitas s(ine) qua
nullus ad p(re)dicaciones mitti (est) ydoneus vnde
Cu(m)q(ue) c(ontr)a plurimi i(n) expugnabile (sc)iebant
ad iudeos s(e) dicat h(ic) pax vobis adiungunt
dans p(ro)prio (con)solacionem Tribuit (et) auctoritate(m)
cu(m) eos mittit Sicut misit me pater (et) ego
mitto vos i(d est) sicut ego a(n) ipso non nem

(3 p(ri)n(cipiu)m)
s(ed) missus auctoritate mea sic ego vos
mitto dans vobis auctoritatem vnde mt. x. Quod
p(re)dicabunt i(n) mittant ysa. viij p(re)cebat
hanc auctoritatem cum dicebat Ecce ego d(omi)ne mitte
me Contrario de malis p(ro)ph(et)is Jer. xxiij Currebant
(et) ego non mittebam eos nec loquebar ad eos
(et) ip(s)i p(ro)phetabant (et)c(etera) Tribuit (et) p(o)t(est)atem cum
sp(iritu)m s(an)c(tu)m contulit eis vnde 2 dicit h(ic) cum dixisset
i(n)sufflauit i(n) eos Aug(ustinus) Jnsufflando signi
sp(iritu)m s(an)c(tu)m non solum patris esse s(ed) (et) suum (et) dicit
eis accipite sp(iritu)m s(an)c(tu)m non ad omnia s(ed) ad
remittendum p(e)cc(at)a Et i(n) h(oc) contulit eis p(o)t(est)atem
clauium io dicit Quorum remis(er)itis p(e)cc(at)a remittuntur eis i(d est) quos
solueritis soluta sunt (et) quorum retinueritis re
tenta sunt m(at)t(hei) xvi Quecumque ligaueritis sup(er) terram
(et)c(etera) Thomas aut(em) vnus hic tangitur 3m
s(cilicet) i(n)cidens tercio maioris occasio q(ue) hic describitur
quantum ad tria P(ri)mo quantum ad thome absentacionem
2o quantum ad discipulor(um) relacionem 3o quantum ad ip(s)ius
i(n)credulitatem Tangitur ergo eius absentacio cum d(icitur)
thomas aut(em) vnus ex xij i(d est) vnus ex apostol(is)
electis s(upr)a vj iohannes vj nonne ego vos elegi luc(e) vj
Elegit xij quos (et) ap(osto)los nominauit Qui dicitur
didimus q(ui)a dubius erat non erat cum eis quando ve
niebat ih(esu)s (et) ita d(omi)no veniente non inuenit
eos aggregatos recessit Dixerunt ergo ei
alij discipuli tangitur h(ic) 2m s(cilicet) discipulor(um) relacio
referunt enim q(uod) viderunt Vidimus d(omi)n(u)m Jo
h(ic) referebat ut audiebant testimonium viuum erat
dat resurreccionem s(ed) difficultatem (est) id q(uod) scribitur
sup(ra) iij° Quod vidimus testamur (et) testimonium nostrum
non accipitis vnde sequitur 3m s(cilicet) thome i(n)credulitas
Jlle aut(em) dixit eis nisi videro i(n) manibus
eius (et)c(etera) Duricia ostenditur in hoc q(uod) non credit p(er)
auditum nisi ip(s)e videat i(n) manibus eius fixuram
clauor(um) Duricia (et) ostenditur i(n) h(oc) q(uod) non tantum vo
lebat credere p(er) auditum s(ed) n(on) (et) p(er) visum nisi
accederet contactus (et) io dicit Et mittam digitum
meum i(n) locum clauorum Et mittam manum
meam i(n) latus eius q(ui) fuit s(cilicet) lancea p(er)foratum
non credam Hec d(omi)n(u)s dicit fuit vnde gregorius Cu(m)
autem s(ibi) credere (et) vt contingit facilitate c(ir)ca
ita sunt sanitatem (et) vulnera i(n) vestigali gro
ssicie vnde dicit s(ed) h(oc) diuina dispensacione i(n) ap(osto)lo p(er)missa est ad tollenda
nostram vnde greg(orius) Plus nobis p(ro)fuit ma
ria magdalena q(ue) cito credidit quam thomas
q(ui) diu dubitauit Jlle enim dum i(n) meo vulnera
palpauit nostre i(n) nobis vulnera sanauit
i(n)fidelitatis Sed quantum hic de p(o)t(est)ate dis
collata dicitur ei quorum remiseritis p(e)cc(at)a (et)c(etera)
Contra ysa xliij ego sum q(ui) deleo i(n)iquitates
tuas p(ro)pter me ergo solus deus est p(e)cc(at)a re
mittere Jterum ait ix vt aut(em) sciatis q(ui)a
filius hominis h(abe)t p(o)t(est)atem i(n) terra remittendi
p(e)cc(at)a ait paralitico surge (et)c(etera) h(ic) ergo eidem

potestas est remittendi peccata et aliqua(?) in culpabilem sed id est potencie infinite et solius dei et hominis deus ergo remittere peccatum. Quomodo ergo differenter sit dei et hominis et sacerdotis. Item dicit hic quod subditur quorum remiseritis etc. ergo videtur quod sacerdotes possunt nobis claudere ingressum regni. Respondeo quod in peccato duo considerantur scilicet culpa et reatus pene. Culpam remittere solius dei est effective quia solius dei est dare gratiam que delet culpam auctoritative et Christi hominis dispositive non sacerdotis quia facit quod facto deus remittit conferendo sacramenta. Est autem alia in remissione quantum ad penam et supplet potestate sed sacerdos facta remissione culpe. Et Christi homo et potestas Christi hominis est excellencie et universalis; potestas non sacerdotis est ministerialis et particularis. Et sunt hee potestates ordinate quia sacerdos non habet efficaciam in remittendo ~~peccata~~ penam nisi per passionem Christi in virtute passionis Christi aliquid conferretur tibi nisi deus remittat culpam. Et obicitur quod salus nostra est in manu sacerdotis. Dico quod potestas ista intelligenda est clave non errante. Sed tunc errat vel qui solvit quem deus non vivificat vel qui minus ligat quam sit ligandus. Unde Gregorius: Illum discipuli vivere solvunt quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli solverent mortuum, fetorem magis ostenderent quam virtutem. Item queritur de hoc quod dicitur accipite spiritum sanctum quia supra xvi dicitur Si non abiero paraclitus non veniet ad vos. Ergo si nondum ascenderat nondum debuerat dare spiritum sanctum. Respondeo quod spiritus sanctus dicitur accipi … non venire … sed effectum. Habuerunt ergo discipuli spiritum sanctum ante passionem sed ad salutis operacionem que est per gratiam; habuerunt post passionem ante ascensionem ad peccatorum remissionem; receperunt post ascensionem ad fidei nostre publicacionem, ideo tunc confirmati sunt in linguis igneis spiritus sanctus descendit. Item obicitur quare dicitur pluraliter accipite spiritum sanctum; videtur quod pluribus; contra quod xvi dicitur tibi dabo claves etc. dixit dominus Petro. Ergo videtur quod potestas relaxandi peccata fuit specialiter in Petro. Sed contra videtur quod in omnibus. Item quod potestas dimittendi fuit potestas solvendi data est omnibus apostolis, tamen specialiter data est plenitudo potestatis et eius successoribus

petro tamquam principi et capiti apostolorum. Claves ergo capitur … dicitur in … tibi dabo claves non alii sive potestatem quam principes. Ideo dicitur accipite etc. Item cum dominus non dixit nisi xi dicere videtur spiritum sanctum quorum remiseritis etc. videtur quod omnes sacerdotes habeant potestatem sed solum illi qui tenent locum apostolorum quales sunt episcopi non simplices sacerdotes. Item videtur Gregorius hic dicit quod solvendi et ligandi auctoritatem accipiunt qui locum regiminis sortiuntur. Ad hoc

dicendum quod duplex est ligare et solvere vel in foro penitenciali vel in foro iudiciali. Primo modo convenit presbiteris. Unde dicit Hugo de sancto Victore: Alia est ligacio qua ligant ministri ecclesie vere penitentes debitores in vinculo satisfactionis et alia qua ligantur incorrigibiles delinquentes vinculo anathematis. Item obiciunt heretici dicentes quod prius dicitur accipite spiritum sanctum et post quorum remiseritis peccata etc. ergo nullus sacerdos habet potestatem ligandi et solvendi nisi habeat spiritum sanctum in caritate. Ergo mali sacerdotes non absolvunt nec summus pontifex si malus est et sic hoc dicunt in periculo est nostra salus. Ad hoc multipliciter respondetur: quidam enim dicunt quod prius dat spiritum sanctum et post concedit potestatem solvendi quia solucio et remissio non fit nisi in caritate ecclesie. Alii dicunt quod non est necesse quod sacerdos habeat caritatem sed sufficiat quod saltem sit in ecclesia. Aliter videtur quod duplex est solvere scilicet nutu et officio. Tantum ad hoc quod nutu solvat necesse est quod habeat spiritum sanctum sed ad hoc quod solvat officio non oportet quod … Dominus prius dat spiritum sanctum sed eius digne exequi vel designandum quod sine gratia spiritus sancti non datur remissio peccatorum sed non oportet quod illa gratia sit in sacerdote sed in sacramento. Vel eadem et aliter dicitur quod spiritus sanctus dicitur dari quando dantur dona sua. Sunt igitur quedam dona que sunt a spiritu sancto et cum spiritu sancto et numquam sine spiritu sancto ut caritas. Sunt et alia que sunt a spiritu sancto et numquam cum spiritu sancto ut timor servilis. Sunt et alia que sunt et a spiritu sancto et possunt esse cum spiritu sancto et sine, et talia sunt virtutes; et quia potestas conficiendi ligandi et solvendi sunt tales in manu et in iusto et in iniusto, et hoc divina dispensacione actum est ut peccatum prelati subdito non preiudicet. Item queritur de hoc quod dicitur quod Thomas non erat cum discipulis quando venit Jhesus quia supra ultimo dicitur de duobus discipulis euntibus in Emaus quod regressi sunt in Jerusalem et invenerunt congregatos xi. Et cum ipsi narrarent quod viderant dominum dixit quod stetit Jhesus in medio. Ergo si non erant xi nisi cum Thoma videtur quod Thomas tunc ibi erat. Responsio: … Intelligendum est quod Thomas exivit ante quam eis loquentibus dominus apparuit … discipuli illi invenerunt Thomam sed cum illi in sermone persisterent Thomas exivit et dominus intravit. Et post dies octo. Hic agitur de … incredulitatis Thome et quo in hac parte notatur primo … maior … congregacio fidei edificacio ibi … ei Thomas. In … de pluribus nobis insinuantur scilicet discipulorum congregacio … apparicio … allocucio et sui ad se palpandum exhibicio sui ad Thomam … Discipulorum congregacio tangitur cum dicitur et post dies octo scilicet post … et primam apparicionem iterum erant discipuli eius intus in eadem domo … Thomas cum eis et sic … fit

cantu[m] s[ecundu]m i[d] q[uod] x[ristu]s p[ro]m[isit] ubi sunt duo uel
tres &c. Venit ih[esu]s ianuis clausis
& stetit i[n] medio. h[ic] t[ame]n 2[m] s[cilicet] d[omi]ni app[ar]icio
ve[ro] veniens stetit i[n] medio ut ullus sit
q[ui] no[n] videat eu[m] Et d[icit] eis pax vob[is] h[ic]
nota[ur] 3[m] s[cilicet] d[omi]ni allocucio. iste mo[s] alloq[ue]ndi
p[ro]p[ri]u[m] manifestabat q[uia] sic salutare co[n]sueuerat
pace[m] optando. Et suos discipulos sic do-
cuerat salutare. Mt. x. In q[ua]ncu[m]q[ue] domu[m] i[n]t[rave]-
ri[ti]s di[ci]te pax h[uic] do[mui]. Deinde dicit thome
h[ic] 4[m] s[cilicet] sui ad palpandu[m] exhibicio q[uia]
cu[m] thomas dix[er]at n[isi] misero digitu[m] meu[m] i[n]
lo[cum] cla[vorum] &c. ideo d[omi]n[u]s d[icit] ei Infer digitu[m] tuu[m] h[u]c
& vide man[us] meas q[uia] dix[er]at n[isi] mittam ma-
nu[m] mea[m] i[n] la[tus] e[ius]. ideo d[omi]n[u]s dicit ei & affer manu[m]
tua[m] & mitte i[n] lat[us] m[eum] Et q[uia] dix[er]at n[on] h[oc] fec[er]o
no[n] credam. ideo d[omi]n[u]s d[icit] & noli e[ss]e incredul[us] s[ed] fidel[is]
Ex quo p[ate]t q[uo]d satisfecit sue volu[n]tati. vn[de] greg[orius]
diuina dispensacione gestu[m] e[st] ut ille discip[u]l[u]s
tu[n]c deesset. qui d[omi]n[u]s aliis apparuit p[os]t a[d] ve-
nie[n]s audiret audie[n]s dubitaret dubita[n]s pal-
paret palpa[n]s crederet. Abat v[ero]. Et ait i[n]cre-
dulitate no[n] erat anima. &c. ita i[n]fensum ipo
Vidit ei thomas. Hic nota[ur] fidei edificacio
e[t] d[omi]n[i] manifestacio p[re]d[i]c[t]us. Triplicit[er] ad astrui[n]-
da[m] fides ex d[omi]ni maior[e] aut p[ro]p[ri]o d[omi]ni p[ro]uida
sine p[er]uisu aut p[re]sencia sine p[er]suasu a[ut]
p[ro]sp[ec]tiue testimonii. Primo edificata e[st] fides
in thoma q[ui] credebat 2[o] aliis q[ui] referentib[us]
crediderant 3[o] nobis qui scripturas credi[m]us.
Primo g[o] nota[ur] fides thome credentis p[er] visu[m] 2[o]
quedam fides alior[um] credencium p[er] auditum 3[o]
nostra q[ue] creditum e[st] a[u]t p[ro]sp[ec]tiue testimonii tang[it]
2[o] fides thome q[ui] i[n]mittitur i[n] ista eius co[n]fessio[n]e vn[de] d[icit]
Tu d[omi]n[u]s thome & deus ei p[ost] tanta ou[m] sion[em] Dnus
meus q[u]a[n]tu[m] ad humanitate[m]. ideo eni[m] deus q[uia] nos
creauit. ideo d[omi]n[u]s q[uia] nos reparauit ut s[ecundu]m hug[onem] s[ancto]
pe. p[ri]mo Redempti estis p[re]cioso sanguine q[ua]si agni
i[n]contaminati. Dicit ei ih[esu]s. h[ic] q[ue]dam fides
cor[um] q[ui] edificati s[unt] p[er] auditu[m]. Et p[re]fert fidei
thome q[ui] sunt p[re]dicatam & visu[m]. ideo dicit
quia vidisti me thoma cre[didisti]. b[ea]ti q[ui] n[on] vi-
der[unt] q[uia] maior[is] sunt libertat[is] & plus h[abe]nt de
suo talis fides. Crisost[omus]. Cu[m] q[ui]b[us] d[icit] nec velle
e[ss]e s[e]c[un]d[u]m t[em]p[or]a illa & videre x[ristu]m visibiliter ex
cogitat[ur] q[uo]m[od]o b[ea]ti q[ui] no[n] viderunt & crediderunt
i[d est] pe. i. q[ue]m cu[m] no[n] videritis diligitis i[n] q[u]e[m] nu[n]c
quoq[ue] no[n] videntes creditis. Multa q[ui]d[em] & alia
signa. hic tan[gitur] fides credencium p[er] scriptura[m] t[ame]n
manifestacionum ideo dicit hug[o] manifestacionis co[n]scrip-
tas e[ss]e ad astruenda[m] fidem cor[um] q[ui] ea[s] videre
no[n] poterant. & ideo no[n] o[mn]ia scripta sunt s[ed] q[ue]
suffic[iu]nt ad fide[m] n[ost]ram. ideo d[icit] Multa q[ui]d[em] & alia
signa fecit ih[esu]s i[n] co[n]spectu di[scipu]lor[um] q[ue] n[on] s[un]t scripta i[n] l[ibro] h[oc]
q[uia] n[on] e[st] n[ecess]e n[ost]ram o[mn]ia narrare s[ed] fide[m] edificare vn[de]
subd[it] h[ec] a[utem] scripta s[un]t ut c[re]datis. Ro. xv. Quecu[m]q[ue]
scripta sunt ad n[ost]ram doctrina[m] scripta s[un]t. vt

credatis q[uia] ih[esu]s e[st] fi[lius] d[e]i. i[d est] x[risto]
humanitate sic i[d est] vobis n[on] e[ss]e i[d] q[ue] cred[unt]
i[d est] Jo. v[ltim]o Om[n]is q[ui] c[re]dit q[uia] ih[esu]s n[on] q[ui] c[re]dit
q[uia] ih[esu]s e[st] fi[lius] d[e]i & q[uia] no[n] e[st] s[ati]s i[n] fid[e] Jo. si
ne eni[m] ordinat ad vitam Et ut c[re]dentes vita[m]
h[abe]atis q[uia] s[e]c[un]d[u]m ap[osto]l[u]m heb. xi. Sine fide i[m]p[ossi]b[i]le e[st] placere
deo. s[ed] c[re]dentes vita[m] possident i[d est] pe. i. Credentes
exultabitis leticia i[n]enarrabili & glorificata
reportantes finem fidei v[est]re salutem a[n]i[m]ar[um] v[est]ra[rum]
i[n] no[m]i[n]e eius. i[d est] i[n] fide nominis eius. Act. iiii. No[n] e[st]
aliud nomen sub celo datum ho[min]ib[us] &c. i. Jo. ultimo
h[ec] scribo vob[is] ut sciat[is] q[uia] vitam et[er]nam habebitis
qui creditis i[n] no[m]i[n]e filii dei. Et p[ost] q[ui]dem hic
dubitat[ur] q[uia] dicit[ur] venit ih[esu]s ianuis clausis. Si eni[m]
adhuc veniebat ut p[er] tactu[m] thome cognosceretur vi[detur]
q[uo]d i[n] ipo modo veniendi fide[m] q[uam] astruebat i[m]-
pediret. quia sicut sp[iritu]s no[n] p[ote]st tangi sic ne[c]
corp[us] p[ote]st tangi clausis p[ost] ianuis. i[n] corpore
ideo vi[de]bat[ur] putare[n]t totu[m] fantasticu[m]. Videt[ur]
quidam q[uo]d ... debuit o[ste]nd[er]e no[n] solu[m] se h[abe]re
corpus i[n] quo passus e[st] s[ed] & corpus diuinu[m] &
diui[n]itati unitu[m] & ut o[ste]nderet e[ss]e diuinu[m] clausis
venit ianuis. vn[de] aug[ustinus] a[d] q[ue]stio[ne]s corpus ubi
diuinitas erat hostia clausa no[n] obstiteru[n]t. Ille
q[ui]ppe no[n] eis ap[er]tis i[n]trare potuit q[uo] nascente
virginitas matris i[n]uiolata p[er]mansit. Alii no[n]
videntur q[uo]d p[ro]b[ar]e no[n] d[icit] se h[abe]re corpus diuinu[m] sed
gl[ori]osu[m] q[uia] s[ecundu]m no[n] erat sui s[ed] o[mn]i[u]m corp[or]um glorifica-
tor[um] & ubi aug[ustinus] i[n]telligend[us] e[st] p[er] locu[m] a[m]mon[itionis]
Et ita exponit id s[e]c[un]d[u]m Ric[hardum] mirus s[ed] clausis
ianuis p[er] vi[rtut]e[m] sua[m] i[n]trauit q[uo]d a[n]tea no[n]
apto virginis vtero exiuit. Et ita p[er] locu[m] a[m]mon[itionis]
arguit. Videtur g[o] aduersum q[uia] sic debebat
p[ro]bare idem e[ss]e corpus ut & o[ste]nderet gl[ori]osum
Item q[uo]d d[icit] q[uo]d d[icit] Infer dig[itum] t[uum] huc & mit-
te &c. Ex h[oc] vi[detur] q[uod] corp[us] x[risti] erat vulneratu[m] &
sic h[oc] tu[n]c no[n] erat gloriosum. Item si dicas q[uo]d
cicatrices remanseru[n]t vi[detur] q[uo]d no[n] plena[m] gl[ori]am
h[abe]at q[uia] p[er]fectus erat i[n] q[uo] nulla remanet
i[m]p[er]fect[i]o[n]is vestigia. g[o] vi[detur] q[uo]d corp[us] x[risti] no[n] sit p[er]fecte
glorificatu[m]. Si dicas remanseru[n]t p[ro]pt[er] discipulos
t[ame]n tu[n]c vi[detur] q[uo]d no[n] v[er]e s[ed] false cicatrices eru[n]t
Videt[ur] aug[ustinus] i[n] li[bro] de s[er]mo[ne] co[n]solac[i]o[n]ib[us] co[n]tra
paganos dicat i[n] q[uo] sunt q[ui] has q[ue]stiones p[ro]po-
suerunt x[ristu]m no[n] vulnera s[ed] cicatrices discipul[is]
demonstrasse q[uo]d tu[n]c false erant si nulla vulnera
p[re]cessissent n[on] [christ]i potencia q[uia] diuina dis- [primi ... ver-itate]
pensacione & arte o[mn]ipote[n]tis medici sunt i[n] s[an]ate
h[omin]em post aug[ustinus] d[e] mulite vulnerato q[uo]d no[n]
vult sanari a medico q[uo]d signa vulneru[m]
remaneant Racio quare s[er]uate sunt t[r]iplex
fuit sicut d[icit] victor. s[ecundu]m i[n] q[ui]b[us] cicatrices
vulneru[m] n[on] [christ]i p[ro]p[ter] curandi s[er]uat[a] s[unt] s[ed] ut p[er]petuu[m]
victorie sue gestat triumphu[m] & ad fide[m] i[n] cordib[us]
asto[n]da[n]t ut id[e]m corp[us] q[uo]d mort[uu]m resurg[er]e de-
mo[n]strat Et ut sua morte redempt[or]
q[uo]d m[isericordi]s redempti sunt adiuti p[ro]posit[a] co[n]s[i]-
d[er]a[n]t e[odem] mod[o] i[m] vitat[i]o[n]e dicens p[ro]posi[tu]m xta

vo reddi ad confusionem dampnatorum
in apoc. primo videbit eum omnis oculus et qui eum pu-
pugerunt. Item qui dixit quod dicitur Et mitte manum tuam etc.
quasi corpus quod erat palpabile. Et quod dicit Gregorius
omne palpabile est corruptibile. quia corpus ipsius
erat tale. Si dicas quod Christus quod sic erat quasi
tensionis quod fiebat. Contra obiicitur quia sicut palpari
est contra naturam corporis glorificati quia ut mater est quod
nisi non cedebat se sibi corporis glorificati. Et
tandem quod ita ipso non valet quia in tanto ianuis clausis
ondit glorificatum sed per tactum ondit esse idem quod fuerat
passum ut per hoc aliter dici quod sicut duplicat
aliquid visibile dicitur uno modo quia visu latere non
potest ut lapis. Alio modo quia latere posset ut
est in invitate. primum quoddam est in invitate et est
in corpore non glorioso. Sic tangi quod tactu non potest
refugere. Est in sanctum quodammodo corporis non gloriosi
tangi non quod vult i. pulsu manus
ut solidum quod quidem per sua virtute manum pe-
netrare sicut est magis virtus. Et sic fuit in glorioso
corpore et maxime in corpore Christi. Item quod
dicit quod dicitur noli esse incredulus sed fidelis. Opponit Gregorius
Cum paulus dicat heb. xi fides est argumentum non
apparentium fides est illarum rerum que apparere non
possunt que enim apparent fidem non habent sed agnitionem.
ergo si thomas vidit dominum non iam habuit fidem
sed scientiam. Unde Gregorius et Augustinus quod aliud vidit
et aliud credidit vidit hominem et deum confessus est
cum dicit dominus meus et deus meus. Et tunc obiici-
tur quia saltem vidit eum quem prius viderat mortuum
ergo sciebat vivere et non credebat. Item thomas
non credebat nisi quia videbat. ergo sua
fidei sine probabat experimentum ergo fides sua non
fuit meritoria. Unde quod quia apostoli sciebant illusi-
ones demonum poterunt estimare totum illud
quod fiebat esse apparitionem aliquo in assumpto
corpore et ideo erat quod et aliquis dubitabat. Et ipse
dico quod visionem illa non fuit certa cognitio nec
habuerunt per illas visiones res cognitas quod
sufficiunt fidei meritum sed solum inducebant quod ad-
iuvant eum et non in fide stabilirent. Item quod
dicitur quod dicit quia vidisti me thoma credidisti. Videtur
quod debuisset dicere quia tetigisti me quia enim non
sufficerat quod videret. Unde Augustinus duplicat ad hoc
vel quia iste visus in te tactus quia visus
dicitur omnis sensus vel quia thomas non fuit
ausus ut dicit non ait tetigisti sed vidisti quam
generalis quodammodo est sensus visus quamvis dici
possit non ausum discipulum fuisse tangere

Postea manifestavit.

22. c.

Hic agitur de tertia manifestatione que facta
est ad petri confirmationem et dividitur hec pars in duas
in prima agitur de manifestatione in secunda de petri ma...
ibi Cum ergo prandissent. prima in duas quia
a descriptione manifestationis necte est describ...
...tradiatione ibi primo tangitur illa
secundo ipsa manifestatio ibi Mane autem facto. Circa
tertiam manifestationem sunt locus in quo manifestatur
et persone quibus manifestatur et actus
sive negotium ratione cuius manifestatur. Primo
describitur locus in quo facta est hec manifestatio
cum dicitur Postea manifestavit se iterum Ihesus ad mare
tiberiadis. Et est locus mare tiberiadis idem est
quod stagnum genezareth et idem quod mare galilee
dicitur autem tiberiadis a tiberiade civitate que iuxta
illud stagnum sita est. Dicitur autem mare galilee
a regione in qua est. Dicitur etiam stagnum genezareth
a villa iuxta ipsius stagni. Et dicitur
genezareth quasi aurium generans. Manifestavit
autem sic sic hic tangitur persone quibus manifestavit
cum dicit Erant simul symon petrus et thomas qui
dicitur didimus et nathanael qui erat a chana
galilee et filii zebedei et alii ex discipulis
eius duo et ita erant vii quia numerus talis est generis
et sufficiens ad omne genus testimonii. Et quia
datur nobis septiformis gratia spiritus sancti quod dicitur
nobis esse qui vadunt piscari i. plurimos
congregare, de quo septenario dicitur ysa. iiii.
Apprehendent vii mulieres virum unum. Et in
his viris non fit propagatio spiritualis de quo ysa. xi
Requiescet super eum spiritus domini etc. Dicit
eis Symon petrus. Hic tangitur actus sive officium
occasione cuius manifestavit. Et hoc quidem fuit
actus piscationis in quo omnes conveniebant
sed petrus erat principalis quia per ipsum specialiter
hec manifestatio facta est unde dicit Dicit
eis Symon petrus vado piscari tamquam prin-
cipalis quia piscator fuerat. Ut inducit ambu-
lans iuxta mare galilee etc. Et alii com-
mittuntur cum unde dicit Dicunt ei venimus et
nos tecum et ideo exierunt et ascenderunt in navem et in illa nocte
ascenderunt navem ut piscarent et in illa nocte
nichil prenderunt et ita in navem laborantes
fuit quod propter totam noctem laborantes
nichil cepimus. Gregorius. Facta est discipulis magna
difficultas ut magno veniente fieret admira-
tionis sublimitas. Mane autem iam facto.
Hic agitur de domini manifestatione et dividitur hec pars
in duas quia primo describitur ipsa manifestatio
deinde apprehenduntur manifestationes que parantur
ibi Dicit ergo discipulus. in prima materia quia duplici-
ter manifestatur et quo ad divinam naturam per miraculi
operationem et quo ad humanam per comestionem
ideo sunt ibi due particule in prima describitur
manifestatio facta per piscium comprehensionem
in secunda per comestionem ibi ut ergo descenderet
manifestatio ergo quo ad mirabilem piscium
comprehensionem hoc ordine describitur primo enim
notatur Christi apparitio secundo eius allocutio tertio
mirabilis piscium comprehensio quarto domini cognitio quarto
fructus per dilectionem. Circa primum quod apparitio tangitur

cum dicitur Mane autem iam facto stetit ihesus in littore
Adductum mane stetit quia nocte ipsum videre
non potuissent. Secundum spirituale intellectum ma-
ne tempus gratie significat in quo xpistus expulit te-
nebras noctis peccati dies autem etc. Et licet eis
appareret tamen discipuli eum non cognoscebant. ideo
dicitur non tamen discipuli cognoverunt quia ihesus est causa
non mox ostendit se ipsum ut primaculum quod
facturus erat cum cognoscerent. Dicit ergo eis ihesus
hic notatur primo scilicet domini allocucio et quia vocat eos
tamen tantum laborem. pueri mei numquid pul-
mentarium habetis. pulmentarium vocat hic esse
illud quo panis comeditur sine pisces sive sine
aliud quod nos vocamus quasi pulmentum quasi querat
ab eis dominus utrum pisces habeant vel ceperint
ex quibus aliquid sibi dare possint ut panis illi
admixtus sapiat. Responderunt ei non quia adhuc
laboravimus quia non dum cepimus. Dixit eis
mittite in dexteram navigii rethe et invenietis
hic notatur tercio scilicet mirabilis piscium comprehensio. Et
fuit mirabilis quia cum nichil possent capere ad
dominum imperium multos ceperunt. Ipsi obtem-
perando. unde dicitur Miserunt ergo rethe iuxta
mandatum domini et iam non valebat illud trahere
pre multitudine piscium. Sic accidit luce v.o Cum
hoc fecissent concluserunt multitudinem piscium copi-
osam ideo in magna copia ut ostenderetur divina
largitas que secundum id Ja. i.o dat omnibus afflu-
enter et non improperat. Dicit ergo discipulus ille
hic notatur quarto scilicet domini cognicio dicitur. Dicit
ergo discipulus ille quem diligebat ihesus scilicet iohannes dominus
est. Ideo dominum vocat quia sic potenter ostendit et
cui omnia obediant et pisces. et ideo tremendus
secundum id Mal. i.o Si ego dominus ubi timor meus
vocabat enim discipuli eum dominum super xpistum vos
vocatis me magister et domine etc. Simon ergo petrus
hic notatur quinto scilicet fervens petri dilectio quia
non potuit se continere quin statim curreret ad xpistum
ideo dicitur Simon ergo petrus cum audisset quia dominus est
tunicam succinxit se ne nudus appareret coram
domino erat enim nudus et misit se in mare adva-
tandum. Sic fecit quod xpistum dicit si tu es iube
me venire ad te. Alii autem discipuli navigio
venerunt quia non erant ita fervētes non
audentes mare intrare. Sed xpistum (?) ligno
credunt homines animas suas Et alia ratio
non enim longe erant a terra et ideo cito venire
poterant scilicet quasi cubitis ducentis trahentes
rethe piscium. Secundum spiritualem intelligentiam
piscatores nocte piscantes nichil prendiderunt
mane facto apparuit ihesus et rethia impleverunt
et cubitis ducentis distantes a terra traxerunt
rethia piscatores sunt predicatores secundum xpistum Mt.
iiii.o mitto piscatores multos et piscabuntur eos
Mt. iiii. Venite post me faciam vos etc. Tempus noctis
est tempus legis quod umbram habebat figurarum legis
Heb. x.o umbram habens lex futurorum bonorum
etc. In nocte in tempore legis piscatores eos

nichil acceperunt quia sicut dicitur Heb. vii
lex neminem ad perfectum duxit. Mane facto
in tempore gratie apparet xpistus ii. Chor. iii. usque
hodie velamen est super cor eorum etc. Tunc
rethia implentur quia post adventum xpisti in carne
veritas manifestata et pisces in rethe ecclesie con-
prehenduntur xii quod dominus dicebat super xii Si ex-
altatus fuero a terra omnia traham ad me. hos pisces scilicet
fideles predicatores trahunt quia personam
xpisti ad vitam perducunt. De quo modo trahendi dicitur
Can. i.o trahe me post te etc. et hic distantes
ducentis cubitis in quo innuit duplex perfectio
que debet esse in predicatore scilicet vite et doctrine de qua
Mt. v. qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur etc.
Et quamvis hic primo cum stagnum genezareth
sit aqua dulcis et pura et in respectu maris terre
textus appellat mare. Secundum Iuxta morem
iudeorum hoc facit qui magnam congregacionem aquarum
mare appellant secundum id Gen. i.o Congregaciones
aquarum vocavit maria. Item cum scribat
luc. v.o nemo mittens manum ad aratrum
aptus est regno celi etc. Causa est quod petrus qui
rethia reliquerat iterum ad piscandum redierit.
Unde gregorius quod negocium quod ante conversionem sine
peccato extitit hoc post conversionem repetere culpa
non fuit. unde Augustinus Intelligendum est discipulos
non fuisse prohibitos arte sua licita et con-
cessa victum necessarium querere si aliud unde viverent
non haberent. Item quare dicitur quod dicitur stetit ihesus
in littore. Gregorius cum dominus ante passionem co-
ram discipulis in fluctibus maris ambulavit super
in causa est quod post resurrectionem sua discipulis in
mari laborantibus in littore stetit. Unde gregorius
per mare presens significatur seculum per soliditatem
littoris perpetuitas eterne quietis significat
Quia ergo redemptor noster iam corrupcionem
carnis post resurrectionem suam excesserat in littore
stabat. Item cum dominus ante passionem iussit
rethe mitti in mare. sine velut non distinguens
partem. quid est quod post resurrectionem iubet mitti
ad dexteram navigii partem. Unde gregorius Illa
piscatio in qua specialiter in quam partem mitti
rethe debuit non iubet presentem ecclesiam pre-
signat que bonos simul ac malos colligit.
Hec autem piscatio in sola dexteram missa est
quia ad videndum claritatem eius gloriam sola
electorum ecclesia pertingit que de sinistro opere
nichil habebit. Item quare quod est hoc quod iohannes
hic docet petrum cum dicat petro dominus est nonne
petrus ita bene cognoscebat dominum ut iohannes
Unde crisostomus quod petrus erat ferventior iohannes
non minus excellencior et perspicacior. ideo
citius cognovit sed non cicius cucurrit. vel po-
tuit esse racio quod petrus in piscando sollicitior
erat. Ut ergo descenderunt in terram hic ma-
nifestata maiestate divinitatis per mirabilem
piscium comprehensionem manifestatur hic veritate
humanitatis per comestionem et mihi [illegible]

Per dictum hoc ordine primo ponitur Christi prudencia
ad alios pascendos 2º eius benignitas ad in-
vitandum 3º discipulorum allocucio ad cognoscendum
4º domini magnificencia ad cibaria distribuendum
Prudencia igitur ad alios pascendum innuitur in
ciborum preparacione que est facta in miraculo unde dicitur
Ut ergo descenderunt in terram viderunt prunas
positas et piscem super positum et panem et ita
prudenter adeo invitabat eos parum erat quod
Christus prudenter panem et omnia parata fuit
etc. Et hic quidem miraculose erat unde Crisostomus
non adhuc ut an ante ex materia subiecta opa-
tur mirabilius ducit signa ostendens quod quando ter
ex materia subita faciebat propter quandam dispe-
sacionem faciebat Vult dicere quod ex nichilo factum
est ille piscis nunc tunc patuit miraculo sic et pre-
racio ista facta est preter misterio ad diminu-
cionem unde sequitur dicit ei Ihesus afferte de
piscibus quos prendidistis nunc ut miraculi ve-
ritas comprobetur Ascendit autem Simon Petrus
tamquam diligencior inter alios et traxit rethe
in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta
tribus in quo ostenditur miraculi magnitudo Et in
numero et qualitate per magnos pisces in-
telligimus bonos qui magni sunt caritate quod
videtur mundi est in regno celorum etc. Et admira-
cione miraculi expressione addit quod cum essent
ita rethe unde dicit et cum tanti essent non est
scissum rethe Cuius causa duplex datur Co
prendunt piscium multitudine et ruptura rethe
cum tanti essent sic numero et quantitate In tali numero
fuit propter signaciam vel quia numerus ille perfec-
tionem significat considerata proporcione miraculi
vel ex unius quia sicut dicit Ysidorus tot
genera piscium in mari ea appresso descripta ex
legantur dicit eis Ihesus hic notatur 2m scilicet
domini benignitas ad invitandum discipulos ad cibum
vocans dicit eis Ihesus Venite prandete Invitat ad
prandium scilicet in futura vita invitabit ad cenam
secundum illud Apoc. xix Beati qui ad cenam nupciarum
agni vocati sunt Invitat nunc ad cibum
corporalem quod in futura invitat ad spiritualem
Luc. iiii Comedite amici et bibite etc. Ysa
lv Omnes sicientes venite etc. Et nemo
distribuentium hic ad comedendum residencium audie-
bat eum interrogare tu quis es unde Crisostomus Cum
silencio et reverencia multi sedebant in tenebris
dicentes mente scientes quia dominus est in ipsis
non interrogabant eum quis es hic
ultra Germanus dicens placentes cum metu
et reverencia quasi in Cum metu et timore
salutem vestram operamini etc. Et venit Ihesus
hic notatur 4m scilicet domini magnificencia ad cibaria
distribuendum unde dicit accepit panem et da-
bat illis Et piscem similiter dabat illis ut
comederent et sic est intelligendum quod ipse cum
eis comedit unde Crisostomus hic quidem non dicit
quod comedit cum eis hic alibi ait hic ultra

Cum manducassent coram eis simul
reliquias dedit eis unde Gregorius dicit Assum
piscem dominus comedit et pane Christus dabat
in quo distribucione signabat quod xx unanimiter
dedit sibi per amicum utilitatem hoc iam tercio
post manifestacionem ponitur manifestaciones
ad precedentes comparacionem et computantur cum pre-
dictis non quia plures non fuerint sed quia
sufficit istas tres scribere ad credendum secundum
illud Deutr. xix In ore duorum vel trium testium stabit
Vo dicit hoc iam tercio manifestavit se Ihesus discipu-
lis cum resurrexisset a mortuis quia suffi-
cit tria manifestacionem explicasse dicit Christus dedit
cum mortuum sic etc. Et venit hic ponitur quod
cum tanti essent non est scissum rethe cum in prima
piscacione licet non dicatur quod rumpebatur
rethe propter multitudinem copiosam quod est
quod non integrum perveniat unde Gregorius In
illa piscacione pre multitudine piscium rethe ru-
pitur quia non ad confessionem fidei cum electis re-
probi intrant qui ipsam eciam heresibus
scindunt In hac vero piscacione rethe non
rumpitur quia sancta electorum ecclesia in continua
pace regnis est nullis dissensionibus la-
cerata Item quintum declaratur quod dominus comedit
piscem et panem cum suis quod dicitur hic ultimo Sed tamen dicitur
cum corpore animali ergo aut corpus suum
corpus animale aut fantastice comedit
Respondeo quod est comedere ex necessitate Et hoc
est corporis animalis tantum Et est comedere ex po-
testate Et hoc non tantum animalis sed gloriosi
et spiritualis quod pure ex potestate comedit corpus
vivens non glorificatur non augetur per cibos sicut nostras
Item quod sicut fiebat de cibo Christi non corpus glo-
rificatum non nutriret vel quod sed in gressu neque conversi-
onem Est sicut aqua in igne proiecta statim ab igne
absorbetur Sic cibus a corpore glorificato susceptus
statim consumitur virtute quadam spirituali unde Augustinus
de solucione sex questionum Aliter absorbet aqua terra
sitiens aliter sol radiis calens illa indigencia
iste potencia futurum ergo erit corpus in perfe-
licitate etc. si cibos sumere non poterit Et racio
huius est quod in primo indigens in 2º potens Et sic
quod dicitur quod hoc iam tercio manifestavit se Ihesus etc.
propter quid dominus in tempore post resurrectionem discipulis se ma-
nifestavit et non erat cum eis continue usque ad
ascensionem Et videtur Crisostomus quia subtraxit se
a presencia corporali ut amicis secreto requiescat
adaret et amarent in signum notatum Alia vero
quia discipuli qui diu fuerunt cum eis dominus
carnaliter eum diligebant et ut eos disponeret
ad spiritualem amorem et per hoc ad receptionem spiritus
sancti Ideo presenciam corporalem a oculis sub-
trahebat paulatim quousque plene subtraheret
in ascensionem et tunc fieret amor eorum omnino spiritualis
supra scriptum est supra xvi Nisi ego abiero
etc. Cum ergo prandissent Super descripta

in perfecte felicitate cibis eget sed
cibis non indi-
get etc.

est xpi resurgentis manifestacio. hic describitur in dileccione perfecta confirmacio petri. Et quia qui confirmatur ad passionem tendit, ideo pars ista in duas dividitur. primo enim petrus in dileccione consolidatur. 2o ad consummacionem dileccionis que est per passionem invitatur ibi Amen amen dico tibi. Confirmacio igitur petri in dileccione fit ex xpi triplici interrogacione. unde sunt hic tres partes. In prima parte sunt tres interrogaciones. prima ibi Cum ergo prandissent. 2a ibi dicit ei iterum symon. 3a ibi dicit ei tercio symon. prima igitur hoc ordine describitur. primo ponitur xpi inquisicio. 2o petri responsio. 3o domini addita exhortacio. Inquisicio in textu est post manifestacionem que fuit post comestionem. ideo dicit Cum ergo prandissent. Attendendum est quod in principio non quesivit de dileccione, quia sicut dicitur Eccli. vi. Est amicus socius mense et non permanet in die necessitatis. Sed post querit. Dicit symoni petro ihesus Symon iohannis diligis me plus hiis. De dileccione querit quia gregem suum non vult nisi amanti committere. ideo de maiori dileccione quia magis amanti vult committere. unde Gregorius Curam virtutis non habens predicacionis officium nullatenus suscipere debet. Et est multo maius placacionis, quia sicut dicitur supra x. Bonus pastor dat animam suam pro ovibus suis. Dicit ei Etiam domine. hic ponitur petri responsio in qua videtur quod amat, sed non quod plus amet, quia amorem aliorum nesciebat. unde Augustinus Et videtur petrus amo te, nec plus hiis. hic videtur quia de se ipso sciebat, non enim conscientia alterius diligere scire poterat, quia cor alterius perspicere non poterat. Tu scis quia amo te. In hac responsione ostenditur petrus non se vidit adulacione sed vere. unde Crisostomus ipsum vocat testem qui scit occulta, sicut innotabat Jeremias ter dicens Tu autem domine hominis non desideravi, tu scis. Dicit ei. hic notatur post responsionem addita exhortacio, quia probacio dileccionis exhibicio est operis. Ideo dicit pasce agnos meos, in quo nostra dileccio operacionibus exprimitur, quia hoc precipue inter alia signum sit dileccionis ostendit. Et hoc quidem petrus implevit et in plenitudine monuit. j. petri v. Seniores pascite qui in vobis sunt gregem dei etc. Dicit ei iterum. hic ponitur 2a inquisicio in qua similiter procedit ut prius. ponitur enim primo xpi inquisicio, 2o petri responsio, 3o exhortacio. Inquit ergo dominus ut prius de dileccione. Simon iohannis diligis me. Simon Johannis dicitur quia filius erat iohanna. Et videtur petrus. Ait illi Etiam domine tu scis quia amo te. Beda. O quam fidelis et pura anima que conditori suo cum oculis omnia nuda et aperta noverit dicere non metuit domine tu scis quia amo te. Dicit ei. hic ponitur exhortacio ut prius. pasce agnos meos. Exhortacionem predicam iterat. unde Beda. hec est sola

et una probacio integri in deum amoris si erga fratres studuerit curam sollicitam operis laboris pascere etc. Sic exemplo. Sicut i Reg. 9o imperavit eos in innocencia. Dicit ei tercio. hic ponitur tercia inquisicio illo ordine quo prius, scilicet questio, responsio, exhortacio. Dicit ergo dominus de eodem. Symon iohannis amas me. Exhilarat patet quod amare accipitur in bono ut diligere. Contristatus est petrus. hic notatur responsio petri. sed tamen videtur eum turbatum, quia sicut dicit Crisostomus timebat ne similiter ei accideret sicut dixerat dicit qui dixit animam meam pono pro te. et ideo contristatus est quia dixit ei tercio amas me. sed tamen non desperavit, ymo fiducialiter respondit. unde in signum additur Et dicit ei domine tu omnia scis tamquam deus. tu scis quia amo te. etiam melius nosti quam ego. Sciebat enim quod ille erat qui dicebat Jere. xvii Ego dominus scrutans corda et renes, id est cogitaciones et affecciones. Dicit ei pasce oves meas. hic notatur exhortacio, et per oves intelliguntur subditi perfectiores. Notandum est quod dominus precipit pascere oves, non comedere, quia pastor non temporis pascere precipitur amore xpi sed oves. Eze. xxxiiii Ve pastoribus qui pascebant semetipsos. nonne greges id est oves pascuntur a pastoribus. lac comedebatis et lanis operiebamini. Et quare hic, cum alii apostoli assistebant qui deum diligebant, tantum quid a solo petro quesitum est de dileccione. Racio est una quia sibi erat cura gregis specialiter committenda inter alios. ideo ab eo specialiter de dileccione queritur. unde Crisostomus Eximius apostolorum erat petrus et os discipulorum et vertex collegii. propterea preteriens et transcurrens hunc de talibus loquitur. Potest etiam alia racio assignari quia petrus eum notabiliter negaverat. Et ideo videbatur non esse dignus ut ceteris apostolis preferri. Ideo querit ut ostendat eius caritatis perfectis excellenciam, Et pastorale officium quod debebat confirmaret. Item cum petrus non possit asserere quod respondit diligis me plus hiis quia de aliis nesciebat, quare dominus querit. Racio est quia dominus querit ut ostendat eius excellenciam in querendo et contemptionem in respondendo. unde Augustinus Cum petrus plus aliis dominum dilexerit, sic evidet aperte. sibi enim interrogans ait diligis me plus hiis, quod utique sciebat, et tamen interrogabat ut et nos amorem eius erga dominum nossemus, et petri correccio ostenditur nisi quod non audet se aliis preferre ut fecerat ante passionem cum dixit Et si omnes scandalizati fuerint etc. Sed tunc ego quare quod dominus terciens quesivit petre diligis me. Videtur Augustinus. Ideo ter querit ut reddatur negacioni trina confessio, ne minus amori lingua serviat quam timori. Alia racio redditur quia ideo querebat ut

gregē suū comēdaret / et quia tamen gregē
gradat volebat / ideo ter de dilectione requirit
Ex tunc est questio quare dicit ei pasce. pa
sce. pasce. Et videtur quod oves xpi tripliciter
debent pasci / s. verbo / exemplo / et temporali subsi
dio. vnde beda / Sollicitudo pastoralis offi
cii exigit ut rector ecclesie ne temporalia de
sint subsidia diligenter provideat / et eidem exempla
virtutum ostendat et gratia verbi predicacionis solici
tus impendat / Ex tunc questio quare bis dicit
pascendos agnos / et semel oves / Credo
quod parvos inperfectos et teneros in fide intelligit
et hii ampliori pastura et maiori cura solicitudinis
indigent / Oves non qui se valent regere
et hii non tanta cura indigent. Amen amen
dico tibi / Postquam facta est petri in dilectione
confirmacio / sequitur hic [illegible] ad dilectionis
confirmacionem invitacio / Confirmacio autem dilectionis
est ut homo ponat animam suam pro proximo et deo
sit hic ad passionem invitandam invitacio
Et procedit hic per hunc ordinem / primo petrus invitatur
et certificatur de genere sue mortis / 2o petrus certificari
de genere mortis iohannis / 3o videtur ei iohannem
non esse passurum / 4o corrigitur intellectus credencium
iohannem non esse moriturum / Certificat hic petrum
[illegible] de genere sue mortis s. per passionem et crucem
et ut eternam redderet dicit amen amen dico tibi
Et hec passio quam in sermone suo crucifigendus
est proponit dicit cum esses iunior cingebas
te et ambulabas ubi volebas / i. secundum liberam
voluntatem tuam / Eccli. xviii. fili post concupiscencias
tuas non eas / et a voluntate tua avertere
Cum autem senueris extendes manus tuas
s. in cruce / Et alius te cinget / s. vinculis vel
[illegible] Et ducet quo tu non vis / i. ad mortem
quam sicut dicitur ii. cor. v. nolumus expoliari
sed supervestiri Et [illegible] redditur Ephe. v.
Nemo enim umquam carnem suam odio habuit
Vinctus fuit petrus vinculis. Act. xii. Erat
petrus dormiens inter duos milites vinctus
cathenis duabus Et quia hec verba ad literam
pretendebat / ideo ponitur expositio [illegible]
Hoc autem .s. extendes manus tuas dixit
significans qua morte esset clarificaturus
deum quia morte crucis que et si apud pravos
vilipendenda erat, postmodum extitit gloriosa
et sic petrus glorificatus est. vnde augustinus
Ille negator presumendo elatus / negando
prostratus / post flendo purgatus / confitendo
probatus / paciendo est coronatus / hic petrus
deum clarificavit / Sicut paulus qui dice
bat philipp. i.o magnificabitur xpus in cor
pore meo sive per mortem Et quia passio bona
non est nisi sit voluntaria / ideo [illegible] hortatur
petrum pati voluntarie Et ideo dicit Et cum
hoc dixisset dicit ei i. petro Sequere me s. ad
passionem crucis voluntarie. Unde sicut quod ipse
petrus dicit i.a petri iiii. xpus passus est
pro nobis relinquens exemplum ut sequamini [illegible]
sequitur vel sequela ss xxi dixit dominus pe-

tro quo ego vado tu non potes modo
sequi sequeris autem postea. Conversus petrus
hic 2o certificatus petrus de morte sua querit de morte
iohannis / cupiebat enim ut cum illo sicut
in vita permulta dilectione iungitur in morte
societate. Et quia petrus sciebat quod dominus iohannem
diligebat volebat scire qua morte eum mori
volebat / ideo dicit Conversus petrus vidit il. dis.
quem diligebat ihesus sequentem s. iohannem Et signum dilectionis
proponit cum dicit qui et recubuit in
cena super pectus eius. sup. xiii. Et dixit
domine quis est qui tradet te / Et nescivit alius
quod secretum erat / et hoc signum erat dilectionis quod
sibi revelatum est sicut dicitur sup. xiii. Et hoc
signum est amicicie sicut dicitur sup. xv. vos
dixi amicos quia quecumque audivi a patre meo no-
ta feci vobis. Hunc ergo cum vidisset petrus quem sciebat
specialem dilectum dicit ad ihesum domine hic autem quid
q.d. ut a te non remaneat [illegible] valde amata
[illegible] ut a te veniat [illegible] quia 2o magna domi
[illegible] iohannem petrus quia 2o magna [illegible]
[illegible] petrus volens [illegible] quid Dicit ei ihesus
[illegible] domine hic autem quid [illegible]
hic 3o certificat petrus iohannem non esse pas
surum per [illegible] veniat [illegible]
ut satisfaciat [illegible] Et arguit curiositate
ut corrigat querentem / Veritate revelat cum
dicit Dicit ei ihesus Sic eum volo manere donec
veniam Beda Sic .i. absque molestia per-
venire [illegible] nouissimum [illegible]
et querenti cum dicit quid ad te tu me sequere
Arguit et cum de curiositate [illegible] vnde [illegible]
quid ad te si sic eum volo manere tu ea
que tibi [illegible] sunt attende et de hiis solicitus
sis. Eccli. iii. in pluribus operibus eius non eris
curiosus sed que precepit tibi cogita illa
semper Et ideo repetit tu me sequere q.d. de
hiis cogites et solicitus sis Exivit ergo sermo
iste inter fratres / hic 4o corrigitur intellectus
credencium iohannem non esse moriturum simpliciter
vnde dicit quia discipulus ille non moritur. Et
illud per [illegible] quis est homo qui vivit et
non videbit mortem Et non dixit ihesus
[illegible] correctio quia [illegible] non dixit ihesus
quod non moritur / non dixit non moritur [illegible]
[illegible] non moritur [illegible] nemo est qui [illegible] vivat
sicut dicit [illegible] nemo est qui [illegible] vivat
Sed sic eum volo manere donec veniam quid
ad te Seniussime [illegible] legendum [illegible] exponendum
ut supra Ex quitur [illegible] Augustinus
[illegible] quomodo [illegible] vis [illegible]
passio petri fuerit involuntaria quod non fuit
[illegible] Et quomodo voluntas [illegible] voluntas
voluntatis passus [illegible] si noles [illegible] volu
[illegible] sic fuit [illegible]
[illegible] in [illegible] angeli [illegible]
[illegible] nolens ad mortem venit [illegible] mortem
[illegible] et reliquit [illegible] quo nemo
vult mori [illegible] adeo [illegible] cum beato petro
senectus auferre potuit [illegible]
[illegible] qua morte [illegible] vos dicat
Ego [illegible] ab hominibus non accipio [illegible] petrus

eet homo non clarificavit deum Primo quia si deus
non clarificatur in se clarificatur tamen nobis
in suis passionibus suis ad eius gloriam secunda per
nos innotescit quia per amorem dei nobis pracedat
sit expositorum ¶ Item queritur de hoc quod dicitur sequere
dicit Christus tu me sequere quia si inter primi pastoris
nostri sit secuti sed prima passionis similiter
sed per primus mortis secutus est andreas Et
videtur quod sunt aliquos quod tu non dicit in distinctione
simpliciter sed soli vero iohannes de quo erat sermo vel
dicendum quod tu dicit ibi magis signatam quam distinctionem
quia enim petrus erat uxor ceterorum et precipuus plures
sicut excellebat in placione sic et debebat ex
tolli in imitacione ¶ Item queritur de hoc quod dicitur discipulus
ille quem diligebat ihesus Et nota super hoc augustinus
dicit cum dicat ecclesiasticus homo scit utrum amore
an odio dignus sit Item cum Christus omnes diligeret
propter quid iohannes sibi attribuebat specialiter quod magis
diligebatur An forte quia petrus magis diligebat
quo melior erat sed deus magis diligit meliores
sed magis diligebat petrum quam iohannem Adhuc
videtur preterea quod iohannes revelacione vel ex signis
noverat se amari Ad primum videtur dicit augustinus
Et iohannes magis diligebatur sed petrus magis dili
gebat et ideo queritur quis melior erat Et dicit quod
petrus melior sed iohannes felicior Et retorquet
sibi verba ad allegoriam dicit quia per iohannem contem
placiva per petrum activa vita significatur Sed sed
magis augetur quem unde dicit augustinus dicit quod placet
sed iusticia et apparet minima apta domino Et ma
gis diligitur sed hoc est duplicatur vel quia ad maius
premium et magis diligebat christus petrum sed in tel
lecto quod christus magis dilexit petrus deum ¶
Alio modo magis diligitur et cum ad maiorem ex
hibicionem et plura ondebat signa dileccionis et
magis diligebat iohannem ¶ Sed tamen est ultimus
quando modo quare magis se exhibebat iohanni
quam plus diligebat petrum quam iohannem videtur
quod fictio erat in dicendo Ad hoc videtur prout quod licet
petrus maius premium meretur tamen quomodo
bat maiorem familiaritatem exhibere iohanni
quia iohannes erat iuvenis et erat virgo et i
nocens et hec sunt que nimio modo et compun
dei et hominem faciunt hominem amabilem et gratum
unde beda dicit quod specialis prerogativa castitatis
eum ampliori dileccione fecit dignum Et glosa
dicit Iohannes familiarior fuit quia tenerior erat
¶ Item queritur de hoc quod dicit Sic eum volo ma
nere donec veniam quo videtur quod saltem usque ad domini
adventum anima iohannis a corpore non sit separata
non oppositum non habetur expressa quo videtur quod iohannes
non dicit sit mortuus Item tamen veri argumentum
est quod corpus eius non invenitur Primo quia preter ex
posicionem primam discipulorum qua ferebant
quia arguit ipse contra quod non moreretur tres
sunt alie exposiciones Una est quod non est
mortuus sed morietur in adventu domini sed modo
in corpore est sub terra et ideo corpus eius non
habetur Sed ista videtur improbabilis quia non est

credendum quod dominus discipulo quem
amabat tam diu differret sua demonstrare
gloriam qua cupiebat per illud primo cupio dissol
vi et esse cum christo Alia est opinio quod dominus
ipsum assumpsit in corpore et anima et illa assump
cione obiit et revixit Et si ista opinio non
possit ita reprobari tamen quia non habet aucto
ritatem eadem facilitate contempnitur qua pro
batur ¶ Tercia opinio dicit quod iohannes est mor
tuus et de corpore eius nichil asserit quia nichil
certum invenit Quod autem dominus dicit Sic eum volo ma
nere donec veniam id est dic exspectare novissimum
non seculi sed mortis sine qua ipse veniens eum
eterne beatitudinis mansionem recipiam ¶
Hic est discipulus ille Supra posita est
discipulorum solidacio et christi manifestacio
hic ponitur fidei nostre confirmacio Iohannes
autem confirmat nobis evangelii duplex certificando
in veritate et solidando in humilitate Certificat
in veritate dum se dicit testem verum Et secundum
in humilitate dum ondit se non posse omnia
scribere ad plenum ibi Sunt autem et alia multa
Dicit ergo hic est discipulus et qui testimonium
perhibet de hiis et scripsit hec tamen credendum
est omni dubitacione postposita et scimus quia
verum est testimonium eius Crisostomus Quia multa dictu
dignum scripsit non refutat sumi ipsius testimonium
in medium ferre vocans unumquemque examinare
et scrutari que facta sunt Consuetudo nobis
est cum valde vera dicimus in verum testimonium
denegare Unde dicit vero dignat apostoli
testes sumus horum verborum ¶ Sunt autem et alia
multa que fecit ihesus Ostendit se non
omnia scripsisse ad plenum singulo humiliat
intellectum nostrum ne credamus nos ad omnia
sciendum capaces Non dicit se non scripsisse
omnia Unde dicit que si scribantur per singula
nec ipsum mundum arbitror posse capere
eos qui scribendi sunt libros Construi
dicitur sic Arbitror capere eos libros qui scribendi
sunt quia prima est nostra capacitas Unde
super xvi multa habeo vobis dicere que non po
testis ¶ Sed quid est quod dicit quod gesta christi non
possent capi in toto mundo cum non solum
dicta sua sed omnia que gesta sunt a principio
seculi si scriberentur caperet mundus libros Dicendum
quod duplex est capacitas corporalis et spiritualis
que per intellectum sed de corporali dicitur per yp
bolem dictum est sicut in aliis locis scripture
Unde iiij Regum Posuit in celum os suum Et
de Salomone quod fecit tantam copiam argenti
quanta est lapidum in ierusalem iii Regum x Si
autem de capacitate intelligencie dicatur vel accipiatur
verum est absolutum Unde augustinus nos scien
tes quod intelligencia nostra non ca
peret que de christo scribi possent cre
deremus ita fide intelligendo que scripsit


Hec ta operacione exercendo que vocavit ad dona
sempiterna pervenire que dominus ipse promisit
Christo adiuvante qui vivit et regnat in secula
seculorum · A · M · E · N ·

Laus tibi sit Christe quia liber explicit iste

Explicit dicta Ny
colay de gorran

Super evangelia Johannis apostoli et evangeliste

Explicit deo gracias manus sit
: benedicta :



[illegible]

A fortuna neque casu non videtur pluere multotiens in hyeme, sed si sub cane; neque caumata sub cane, sed si in hyeme. Si igitur aut a casu videntur aut propter aliquid esse, si non possibile est hec esse neque a casu neque a fortuna, propter aliquid utique erunt. At vero sunt huiusmodi omnia, ut ipsi dicunt qui hec dicunt. Est igitur quod propter aliquid in hiis que natura fiunt et sunt. Amplius in quibuscumque finis aliquis est, huius gratia agitur prius et consequenter. Sic ergo sicut agitur, sic aptum natum est, et sicut aptum natum est, sic agitur unumquodque, si non aliquid impediat. Agitur autem propter hoc; et aptum natum est igitur propter hoc. Ut si domus esset eorum que natura fiunt, sic utique fieret sicut nunc ab arte est. Si autem que natura non solum a natura fierent sed et ab arte, similiter utique fierent sicut apta nata sunt. Propter hoc [illegible] alterum propter alterum. Omnino autem ars hec quidem perficit que natura non potest operari, hec autem imitatur. Si igitur que secundum artem propter hoc, manifestum quod et que secundum naturam. Similiter enim se habent ad invicem in hiis que secundum artem et secundum naturam priora ad posteriora. Maxime autem manifestum est in aliis animalibus, que neque arte neque querentia neque deliberantia faciunt. Unde dubitant quidam utrum intellectu aut aliquo alio operentur aranee et formice et huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti et in plantis apparent proficua ad finem, ut folia fructus gratia cooperimenti. Quare si natura et propter hoc facit yrundo nidum et aranea telam, et plante folia gratia fructuum, et radices non sursum sed deorsum gratia alimenti, manifestum quod est causa huiusmodi in hiis que natura fiunt et sunt. Et quoniam natura duplex, alia quidem sicut materia, alia quidem sicut forma, finis autem hec, propter hunc autem finem alia, hec utique erit causa que cuius gratia.

Peccatum autem fit in hiis que secundum artem. Scripsit enim non recte grammaticus, et potionavit medicus non recte potionem. Quare manifestum est quod contingit et in hiis que sunt secundum naturam. Si igitur sunt quedam secundum artem in quibus quod recte fit propter aliquid fit, in quibus autem peccatur gratia alicuius agitur sed fallitur, similiter utique et in physicis, et monstra sunt peccata illius quod est propter aliquid. Et in substantiis igitur que ex principio bovigene [illegible] non poterunt venire ad aliquem terminum et finem, corrupto utique aliquo principio, sicut nunc semine. [illegible] non statim animalia facta sunt, sed molle semen; et in plantis est quod propter hoc [illegible] arboribus fiat sicut bovigene et viticule [illegible] in vitibus oliviginea aut non? [illegible] oportet sicut in aliis. Adhuc [illegible] semine [illegible] animalia [illegible]. Deus autem destruit [illegible] quod est et quod propter quid. Natura namque [illegible] [illegible] continue mota venient in aliquem finem. In unoquoque autem non idem ab unoquoque neque contingens [illegible] semper nisi quid impediat. Hoc autem et hoc est cuius causa fit, et [illegible] sicut a fortuna venit extraneus et balneatus abiens cum tamquam agat propter hoc veniens. [illegible] non autem propter hoc venit. Et hoc secundum accidens. Etenim fortuna in causis est que sunt secundum accidens, sicut et prius diximus. [illegible] hoc semper aut sicut frequenter fiat non secundum accidens neque a fortuna est. In physicis autem semper sic, si non aliquid impediat. Inconveniens autem est non [illegible] ad opera [illegible] si non videant deliberatum movens. Et enim ars non deliberat. Et namque si esset in ligno navifactiva, similiter utique natura faceret. Quare si in arte inest quod propter aliquid, et in natura. [illegible] Maxime autem manifestum est cum aliquis medicetur se ipsum. Huic enim similis est natura. Quod quidem igitur causa sit natura, et sicut propter aliquid, manifestum est. [illegible]

[illegible]

Quoniam autem natura est principium motus et mutationis, [illegible] nos [illegible] natura [illegible] [illegible] motus [illegible]. Determinabimus autem de motu temptandum est [illegible] [illegible] infinitum [illegible] in continuo. [illegible] et vacuo et tempore impossibile motum esse. [illegible] Adhuc autem sine loco [illegible] [illegible] Primum autem sicut diximus de motu est. Est quidem aliquid [illegible] [illegible] quale, et aliorum entium predicamentorum [illegible] aliud quid [illegible] [illegible] et mobile [illegible] motivum mobilis est et mobile mobile est a movente [illegible] aut secundum substantiam, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut secundum locum. Commune autem in hiis nomen accipere sicut diximus, quod neque hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut [illegible] aliquid, hoc quidem forma illius, aliud vero privatio, et secundum qualitatem hoc quidem album, aliud [illegible] quantitatem aliud quidem perfectum, aliud vero imperfectum. [illegible] hoc quidem sursum, aliud vero deorsum.

[illegible]

Lir ii Sen de Magno Capitulo

nec in hiis causa aut semper aut sicut frequenter reperiantur nec a fortuna. Manifestum igitur quod fortuna causa secundum accidens in hiis que secundum propositum sunt eorum que propter hoc sunt. Unde circa idem mens et fortuna; propositum enim non sine mente est. Infinitas quidem igitur causas necesse est esse a quibus utique fiet quod a fortuna est. Unde et fortuna infinitum esse videtur et immanifestum homini, et est ut nichil a fortuna fieri videtur utique. Omnia enim hec recte dicuntur rationabiliter. Est quidem enim ut fiat a fortuna; secundum accidens enim fit, et est ut causa ut accidens fortuna; ut autem simpliciter nullius est causa; ut domus edificator quidem causa domus, secundum accidens autem tibicen. Et ipsius venientis et recipientis argentum non gratia huius causa infinita multitudine; et si volens aliquem videre aut prosequens aut fugiens aut spectaculum vidisse. Et dicere irrationabile aliquid esse fortunam recte; ratio enim est eorum que semper sunt aut eorum que frequenter, fortuna autem in hiis que sunt preter hec. Quare quoniam indeterminate sunt tales cause, et fortuna indeterminatum. Tamen in quibusdam dubitabit utique aliquis, utrum que contingunt causa fiant fortune, ut sanitatis spiritus aut estus, sed non detonsionis. Sunt enim alie priores secundum accidens cause. Fortuna autem bona quidem dicitur cum bonum aliquid evenit, prava autem cum pravum aliquid. Eufortunium autem et infortunium cum magnitudinem habent hec. Unde et prope magnum bonum consequi aut malum eufortunium aut infortunium est; quoniam sic dicit mens quasi existens. Quod enim parum, ut nichil distat. Amplius infirmum est eufortunium rationabiliter; fortuna enim infirma; nichil enim eorum que fiunt a fortuna possibile est semper aut frequenter esse. Est autem ambe cause, sicut dictum est, secundum accidens, et fortuna et casus, in hiis que contingunt fieri non simpliciter neque frequenter, et horum quecumque utique fiunt gratia alicuius.

Differt autem quoniam casus in plus est; nam quod a fortuna omne a casu, hoc autem non omne a fortuna. Fortuna enim et quod a fortuna est quibuscumque et bene fortunari contingit et omnino actio. Unde et necesse est circa agibilia fortunam esse. Signum autem est quod videtur aut idem esse felicitati fortuna aut prope; felicitas autem actio quedam; eupraxia enim. Quare quecumque non contingit agere neque quod a fortuna aliquid facere. Et propter hoc neque inanimatum nullum neque bestia neque puer nullum facit a fortuna, quia non habent electionem; neque eufortunium neque infortunium inest hiis nisi secundum similitudinem, sicut dixit Protarchus felices esse lapides ex quibus altaria sunt, quoniam honorantur, contribules autem ipsorum conculcantur. Pati autem a fortuna aliquid inerit et hiis aliquando, cum agens circa ipsa agit aliquid a fortuna; aliter autem non est. Casus autem et aliis animalibus et multis inanimatorum; ut equus a casu venit, dicimus, quia salvatus est veniens, non salutis gratia venit. Et tripes a casu cecidit; stetit enim sedendi gratia, non sedendi gratia cecidit. Quare manifestum quod in hiis que simpliciter propter aliquid fiunt, cum non eius quod accidit gratia fiant quorum extra causa, tunc a casu dicimus; a fortuna autem quecumque a casu fiunt electibilium habentibus electionem. Signum autem est frustra, quoniam dicitur cum non fiat quod est gratia alterius illius gratia; ut si ambulare deiectionis gratia est, hoc autem non fiat ambulanti, frustra dicimus ambulasse et ambulationem vanam, tamquam hoc sit frustra quod aptum natum alterius gratia, cum non perficiat illud cuius gratia erat et aptum natum est; quoniam si aliquis balneari dicat frustra quod non defectus sit sol, ridiculus utique erit; non enim hoc erat illius gratia. Sic autem a casu, quemadmodum nomen, cum ipsum frustra fiat; cadit enim lapis non gratia percutiendi, a casu ergo cecidit lapis, quoniam cadet ab aliquo et gratia percutiendi. Maxime autem separatur a fortuna in hiis que fiunt a natura; cum enim fiat aliquid preter naturam, tunc non a fortuna sed magis a casu dicimus factum esse. Est autem et hoc alterum; huius enim extra causa, illius autem intus. Quid quidem igitur est casus et fortuna dictum est, et in quo differunt ab invicem. [illegible]

Quod autem sunt cause, et quod tot numero quot dicimus, manifestum est; tot enim numero propter quid comprehendit. Aut enim in immobilibus in quod quid est reducitur propter quid ultimum, [illegible] aut in quod movit primum, [illegible] aut cuius gratia, [illegible] aut in materiam. Quoniam autem cause quattuor, de omnibus est physici scire, et in omnes reducens propter quid assignabit physice, materiam, formam, movens, cuius gratia. Veniunt autem tria in unum multotiens; quod quidem enim quid est et cuius gratia unum est; unde autem motus primum specie idem hiis; homo enim hominem generat; et omnino quecumque mota movent; quecumque autem non, non amplius physice; non enim in seipsis habentia motum neque principium motus movent, sed immobilia existentia. Unde tres tractatus, alius quidem de immobilibus, alius autem de motis quidem incorruptibilibus autem, alius autem de corruptibilibus. [illegible] Duplicia autem sunt principia que movent physice, quorum alterum non physicum; non enim habet motus principium in se. Tale autem est si quid movet non motum, sicut quod omnino immobile et omnium primum, et quod quid est et forma; finis enim et cuius gratia. Quare quoniam natura propter aliquid, et hanc cognoscere oportet, et propter quid assignandum est omnino, [illegible] et quia sic melius, non simpliciter sed quod ad uniuscuiusque substantiam.

Dicendum ergo primum quod natura causarum est earum que propter aliquid, postea de necessario quomodo se habet in physicis; [illegible]

Habet autem dubitationem quid prohibet naturam non propter aliquid facere neque quia melius, sed sicut pluit Iupiter non ut frumentum augeat, sed ex necessitate; quod enim sursum ductum est infrigidari oportet, et infrigidatum aqua factum descendere; augeri autem hoc facto accidit frumento. Similiter autem et si alicui perditur frumentum in area, non huius gratia pluit ut perdatur, sed hoc accidit. Quare quid prohibet sic et partes habere in natura, [illegible]